

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Quaestio X. De mente. Et habet articulos tredecim.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

angelos, sed secundum quod voluntas angelii determinabit, unde si angelus fiat per propriam voluntatem in actu aliquius speciei secundum intellectum in ordine ad unum tantum angelum, percipiet ab illo uno tantum eius locutio. si vero in ordine ad plures, percipiet a pluribus.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd in locutione nō requiritur conuersio vel directio quasi cognita, sed quasi cognitionem faciens, unde ex hoc ipso, quod unus angelus ad alterum conuerterit, illa conuersio facit eum cognoscere alterius angeli cogitationē.

AD SECUNDUM dicendum, quod in generali est unus nutus, quo ad omnes unus loquitur: sed in speciali sunt tot nutus, quot sunt conuersiones ad diversos. unde unusquisque cognoscit secundum nutum ad se factum.

AD TERTIUM dicendum, quod quāmuis unus angelus alterum intueatur, non tamen oportet quod speciem prout ea actu aliud cogitat, videat, nisi ille angelus conuertatur ad eum.

AD QUARTUM dicendum, qd locutio humana movere auditum actione, qua est per necessitatem naturae, quia impellendo aerem vsque ad aurē: sed hoc modo, non est in locutione angelii, ut dictum est, sed totum dependet ex voluntate angelii loquens.

## QV AEST I O X.

De mente.

In tredecim articulos diuisa.

¶ Primò queritur, Vtrum mens prout est in ea imago Trinitatis, sit essentia animæ, vel aliqua potentia eius.

¶ Secundò, Vtrum in mente sit memoria.

¶ Tertiò, Vtrum memoria distinguantur ab intelligentia, sicut potentia a potentia.

¶ Quartò, Vtrum mens cognoscat res materiales.

¶ Quinto, Vtrum mens nostra possit cognoscere materialia in singulari.

¶ Sexto, Vtrum mens humana accipiat cognitionem a sensibus.

¶ Septimò, Vtrum in mente sit imago Trinitatis, secundum quod materialia cognoscit non solum secundum quod cognoscit æternam.

¶ Octauò, Vtrum mens se ipsam per essentiam cognoscit, aut per aliquam speciem.

¶ Nonò, Vtrum anima cognoscit habitus in ipsa existentes per essentiam suam, vel per aliquam similitudinem.

¶ Decimo, Vtrum aliquis possit scire se habere charitatem.

¶ Undecimò, Vtrum mens aliqua in statu via posse videre Deum per essentiam.

¶ Duodecimò, Vtrum Deum esse per se sit notum menti humanae, sicut prima principia demonstrationis, quæ non possunt cogitari non esse.

¶ Tertiodecimò, Vtrum per naturalem rationem cognosci possit trinitas personarum.

## ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum mens, prout in ea est imago Trinitatis, sit essentia animæ, vel aliqua eius potentia.

QVAESTIO Est de mente, in qua est imago Trinitatis, & primo queritur, utrum mens, prout est in ea imago Trinitatis, sit essentia

A animæ, vel aliqua potentia eius. & videtur qd sit ipsa essentia animæ, quia Aug. dicit 9. de Trin. quod mens, & spiritus non relatu dicuntur, sed essentia demonstrantur; & non nisi essentiam animæ. ergo mens est ipsa essentia animæ.

¶ 2 Præt. Diversa genera potentiarum aīe non inveniuntur, nisi in essentia sed appetituim, & intellectuum sunt diversa genera potentiarū aīe: ponuntur. n. in fine primi de aīa quinque genera cōmuni sima potentiarum anima. s. vegetarium, sensituum, appetituim, motiuim ēm locum, & intellectuum: cum ergo mens comprehendat in se appetituim, & intellectuum: quia in mente ponitur ab Aug. intellectuim, & voluntas videtur quod nō sit mens aliqua potentia: sed ipsa essentia animæ.

B ¶ 3 Præt. Aug. n. de cīni Dei dicit, qd nos sumus ad imaginē Dei, inquit, sumus, nouimus nō esse, & amamus vtrūque. In 9. vero de Trin. assignat imaginē Dei in nobis finitam, mentis, & amorē. cum ergo amare sit actus amoris, & nosce sit actus notitiae, videtur quod esse sit actus mentis: sed esse est actus essentie, ergo mens est ipsa essentia animæ.

¶ 4 Præt. Eadē rōne inuenit mens in angelō, & in nobis: sed ipsa essentia Angelii est mens eius. Vnde Dio. frequenter nominat Angelos, diuinās vel intellectuales mentes. ergo etiam, & mens nostra est ipsa essentia animæ.

¶ 5 Præt. Aug. dicit in 10. de Tri. qd memoria, & in telligētia, & voluntas sunt una mēs, una cīentia, una vita. ergo sicut vita ad essentiam pertinet, ita & mens.

C ¶ 6 Præt. Accidens nō pōt est principium substantialis distinctionis: sed hō substantialiter distinguīt a brūtis in hoc quod habet mēs. ergo mēs nō est aliquid accidentis: sed potentia aīe est proprietas eius ēm Aug. & sic est de genere accidentis. ergo mens non est potentia: sed est ipsa essentia animæ.

¶ 7 Præt. Ab una potētia nō egrediuntur diversi actus ēm speciem: sed a mente egrediuntur diversi actus ēm speciem, scilicet memorari, intelligere, & vele, vt patet per Aug. ergo mens non est aliqua potentia animæ: sed ipsa essentia eius.

¶ 8 Præt. Una potētia nō est subiectū alteri potētiae: sed mēs est imaginis subiectū, qd cōsistit i tribus potētias. ergo mēs nō est potentia: sed ipsa essentia aīe.

D ¶ 9 Præt. Nulla potētia coprēhendit in se plures potētias: sed mens comprēhendit intelligentiam, & voluntatem. ergo non est potentia: sed essentia.

SED CONTRA. Aīa nō habet alias partes, nisi suas potētias: sed mēs est quādā pars animæ superior, vt Aug. dicit in lib. de Trin. ergo mēs est potētia aīe.

¶ 10 Præt. Essentia aīe cōs est eminibus potentij, qd quia omnes in ea radicantur: sed mens non est cōmūnū omnibus potentij, quia dividitur contra sensum, ergo mens non est ipsa essentia animæ.

¶ 11 Præt. In cīentia animæ non est accipere supremū, & infimum: sed in mente est supremū, & infimum, dividit enim Aug. mentem in superiorem, & inferiorem rationem. ergo mens est potētia animæ non essentia.

¶ 12 Præt. Aīa essentia est principium vivendi: sed mēs non est principium vivendi, sed intelligendi, ergo mens non est ipsa essentia animæ, sed potētia eius.

¶ 13 Præt. Subiectum non p̄dicatur de accidente: sed mens p̄dicatur de memoriā, intelligentia & voluntate, quæ sunt in essentia animæ, sicut in subiecto. ergo mens non est essentia animæ.

E ¶ 14 Præt. Secundum August. in lib. de Trin. anima Lib. 13. c. 2. 3. fine, & c. 4. 10. ante medie tom. 1.

Quæf. disp. S. Tho. YY 3 noa

Q V A E S T A X I D E M E N T E , T A R T . I

non est ad imaginē secundum se toram, sed secundū aliquid sui. est autē secundum mētem. ergo mēs non nominat totam animam, sed aliquid animae.

¶ 7 Prat. Nomen mētis ex eo, quod meminit, sumptum esse videtur: sed memoria designat aliquā potentiam animae. ergo & mens, & non essentiam.

RESPON. Dicendum, quod nomen mētis a men surando est sumptum. Res autem vniuersusque generis mensuratur per id, quod est minimum & prin

cipium primum in genere suo, ut pater in 10. Metaphysicorum. & ideo nomen mētis hoc modo dicitur in anima, sicut & nomen intellectus. Solun. n̄ intellectus accipit cognitionē de rebus mensurando eas, quasi ad sua principia. Intellectus autē, cum

dicatur per respectum ad actum, potentiam animae designat. virtus enim sue potentiae est mediū inter

essentiam & operationem, ut patet per Dionysium 11. cap. Cœlest. hierar. Quia vero rerum essentie sunt nobis ignota; virtutes autē earum innotescunt nobis per actus, vñm frequenter nominibus virtutū vel potentiarum ad essentias significandas. Sed quia nihil notificatur nisi ex hoc quod est sibi proprium, oportet quod cum aliqua essentia designatur per sicut potiam, quod designetur per potentiam sibi propria. In potentij autem hoc communiter inuenitur, quod illud, quod potest ī plus, potest ī minus, sed non conuertitur, sicut qui potest ferre centum libras, potest ferre vñgnti, ut dicitur in primo Cœli & Mundi. Et ideo si aliqua res per suam potentiam debeat designari, oportet quod designetur per ultimum potentia suā. Anima autē quae est in plantis, habet insimum gradum inter potentias animae. vnde ab ea denominatur, cum dicatur nutritiva vel vegetabilis. Anima autem bruti pertingit ad altiorem gradum scilicet qui est sensus. Vnde ipsa anima vocatur sensitua, vel quandoque etiam sensus. Sed anima humana pertingit ad altissimum gradum, qui est inter potentias animae, & ex hoc denominatur. vnde dicitur intellectua & quādoq; etiam intellectus: & similiter mens in quantum scilicet ex ipsa nata est effluere talis potentia, quia est sibi proprium præ alijs animabus. patet ergo quod mens in anima nostra dicit illud, quod est altissimum in virtute ipsius: vnde cum secundum id qđ est altissimum in nobis divina imago inueniatur in nobis, imago nō perficebit ad essentiam animae, nisi secundū mentem, prout nominar altissimā potentiam eius. Et sic mens, prout in ea est imago, nominat potentiam animae, & non essentiam, vel si nominat essentiam, hoc non est nisi inquantū ab ea fluīt talis potentia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod mens non dicitur significare essentia, secundum quod essentia contra potentiam diuiditur, sed secundum qđ essentia absoluta diuiditur contra id quod relative dicitur, & sic mens diuiditur cōtra notitiam sui, inquantum per notitiam mens ad seipsum refertur, ipsa vero mens dicitur absolute, vel potest dici, quod mēs accipitur ab Aug. secundum quod significat essentiam animae, simili cum tali potentia.

AD SECUNDVM dicendum, qđ genera potentiarum animae distinguuntur duplice. Vno modo, ex parte obiecti. Alio modo ex parte subiecti, sive ex parte modi agendi, quod in idem reddit. Si igitur distinguantur ex parte obiecti, sic inueniuntur quinq; potentiarum genera supra enumerata. Si autem distin guantur ex parte subiecti vel modi agēdi, sic sunt tria genera potentiarum animae, scilicet vegetativum, sen-

F situum & intellectiuū, operatio. n. anime tripliciter pōt se habere ad materiam. Vno modo ita, quod modū naturalis actionis exerceatur & talis ad exerceent qualitatibus actuū & passus, sicut & alia actiones materiales. Alio modo ita, quod operatio anime non pertingat ad ipsam materiam, sed ad materiæ conditiones: sicut est in actibus poter sensitu, in sentiū enim recipitur species sine materia, sed tamē cum materiæ conditionibus. Terter modo ita, quod operatio anime excedat & materiam & materiæ conditions, & sic est pars altera intellectua. Secundum igitur has diuerse potentiae anime participationes contingit aliquas duas portas animae adiunctorum comparatas in idem, uerum genus reduci. Si enim appetitus sensibilis intellectualis qui est voluntas, considerent finem dinem ad obiectum, sic reducuntur in vñs genus, vñs obiectum est bonum. Si vero confitetur quantum ad modum, agēdi, sic reducuntur diuerse genera, quia appetitus inferior reducuntur in genus sensitiū, appetitus vero superior in genere intellectui. Sicut n. sensu non apprehendit sicut obiectum sine cōditionibus materialibus, prout scilicet est hic, & nunc, sic & appetitus sensibilis in sū obiectum fertur, in bonum scilicet particulae. Appetus uero superior in suum obiectum tendit propter quod intellectus apprehendit, & sic qualitermodum agendi uoluntas ad genus intellectui reducitur, modus autē actionis proueniit ex dispositio agentis: quia quanto fuerit agens perfectius, tanto est eius actio perfectior. Et ideo si consideremus iūmodi potentiam secundum quod egadimur ab essentia animae, quae est subiectum earum, ad uoluntas in eadem coordinatione cum intellectu non aut appetitur inferior qui in intellectu, cōtūplicib. lem diuiditur. Et ideo mens pōt comprehendere uoluntate & intellectum absq; eo. pōt anima essentia: in qua scilicet nominat quoddam genus potentiarum aīa, ut sub mente intelligenti comprehendendi oīs illa potentia, que in suis actibus conuenio a materia & conditionibus materia receperit.

AD TERTIVM dicendum. q ab Aug. & alijs sanctis imago Trinitatis in homine multipliciter affligit nec oportet qđ una illarū assignationis alter correspōdeat, sicut patet p Aug. affligrat imaginē Trinitatis fm mētē, notitia & amore, & iterius fm memoriam intelligentiā & uoluntatē. Et quād uoluntas & amor sibi uicem correspōndent, & notitia & intelligentia, non tū oportet, q mens correspōdea memoriae, cū mens oīa tria cōtinuit, q in illa assignatione dicitur. Similiter erant illa assignatio Aug. quam obiectio rāgit, est alia ad duas præmissas. Vnde non oportet, quod si uolare amori correspondat, & notitiae, quod est respondet mēti, sicut proprius actus eius, inquantū est mens.

AD QUARTVM dicendum. q angelū dicunt mēs, nō quia ipsa mens sive intellectus angelū sit eius essentia, pōt intellectus & mēs potētā nominā, sed qā nihil aliud habet de potentij aīa, nisi hoc qā mēte comprehendēdatur: vnde totaliter sunt mēs. Vero nostrā adiungit alia potētā, que in sū obiectu non comprehendēdantur, ex eo qā actus corporis scilicet sensitua & nutritiū potētā, vnde ipsa ita potest dici anima esse mens, sicut & angelū.

AD V. dicendum, q uiuere addit supra esse, & inesse supra unum. Ad hoc autē quod imago Dei in aliquo

aliquo inueniatur, oportet quod ad ultimum genus perfectionis perueniat, quo creatura tendere potest. Vnde si habeat esse datum sicut lapides, vel esse & vivere sicut plantae & bruta, non saluat in hoc ratio imaginis; sed oportet ad perfectam imaginis rationem, ut creatura sit, vivat, & intelligat. In hoc enim perfectissime est genus conformatur essentialibus attributis. Ideo quia in assignatione imaginis sunt locum diuinam essentiam tener, haec vero tria que sunt memoria, intelligentia, & voluntas tenent locum trium personarum, ideo Augustinus ascribit illa quod requiriunt ad imaginem in creatura, cum dicit quod memoria sunt vna vita, vna mens, vna essentia. Nec non oportet quod ex hoc ipso dicatur etiam mens & vita quo & essentia, quia non est idem in nobis esse & uiuere & intelligere, sicut & in Deo: dicitur tamen haec tria una essentia, in quantum ad una essentiam mentis pertinet: una uita in quantum ad unum genus vita pertinet: vna mens, in quantum sub una mente comprehenduntur, ut partes sub toto, sicut visus & auditus comprehenduntur sub parte animae sensitiva.

AD SEXTVM dicendum, quod secundum Phil. in 8. Meta. quia substantiales rerum differentiae sunt nobis ignota, loco carum interdum definientes accidentalibus vntuntur, secundum quod ipsa designant vel notificant essentiam, ut proprii effectus notificant causam. Vnde sensibile est quod est differentia constitutiva animalis, non sumitur a sensu, prout nominat potentiam: sed prout nominat ipsum animam essentiam a qua talis potentia fluit: & similiter est de ratione vel de eo quod est habens mentem.

AD SEPTIMVM dicendum, quod sicut pars animae sensitiva non intelligitur esse una quaedam potentia praeter omnes particulares potentias, quae sub ipsa comprehenduntur, sed est quasi quoddam totum potentiale comprehendens oes illas potentias, quasi partes, ita etiam mens non est vna quaedam potentia praeter memoriam, intelligentiam, & voluntatem: sed est quoddam totum potentiale comprehendens haec tria: sicut etiam uidemus quod sub potentia faciendo domum, comprehenduntur potentia dolandi lapides, & erigendi parietes, & sic de aliis.

AD OCTAVVM dicendum, quod mens non comprehendit intelligentiam & voluntatem sicut subiectum: sed magis sicut totum ad partes, prout mens potentiam ipsam nominat. Si vero sumatur mens pro essentia animae, secundum quod ab ea nata est progedi talis potentia, sic nominabit subiectum potentiarum.

AD NOVVM dicendum, quod vna potentia particularis non comprehendit sub se plures: sed nihil prohibet sub vna generali potentia comprehendendi plures, ut partes, sicut sub una parte corporis plures partes organicae comprehenduntur, ut digitii sub manu.

#### ARTICVLVS I.

Vtrum in mente sit memoria.

SECUNDО QVARIATUR, utrum in mente sit memoria. & videtur quod non. quia secundum Aug. 12. de Trin. illud quod est commune nobis & bruis non pertinet ad mentem: memoria autem nobis & bruis communis est, ut patet p. Aug. 10. Cofes. ergo &c. q. 2 Prat. Phil. in lib. de Memoria & Reminiscencia dicit, quod memoria non est intellectus, sed portius sensuum, cu ergo mens sit idem quod intellectus, ut ex predictis patet, vide quod memoria non sit in mente. q. 3 Prat. Intellectus & oia quod ad intellectum pertinet abstrahit ab his & nunc, memoria vero non abstrahit, cōcernit namque determinatum tempus. prout, memoria-

Aria namque præteritorum est, ut dicit Tullius. ergo &c. ¶ 4 Prat. Cum in memoria cōseruentur aliqua quod non apprehenduntur actus, ubi cōque ponit memoria operari quod ibi differat apprehendere, & retinere in intellectu autem non differit, sed potius in sensu: propter hoc non in sensu differre possunt, quia sensus organo corporali virtutem non autem omne quod tenetur in corpore apprehenditur. intellectus autem non virtutem organo corporali: vnde nihil in eo retinetur nisi intelligibiliter, & sic oportet quod actus intelligatur. ergo memoria non est in intellectu, sive in mente. ¶ 5 Prat. Anima non memoratur prius quam apud se aliquid retineat: sed antequam aliquas species recipiat a sensibus a quibus nostra cognitio oritur, quas retinere posse, est ad imaginem, cum ergo memoria sit pars imaginis non vero quod possit esse in mente.

¶ 6 Prat. Mens secundum quod est ad imaginem Dei fertur in Deum: sed memoria non fertur in Deum, est enim eorum quae cadunt sub tempore, Deus autem est omnino supra tempus. ergo &c.

¶ 7 Prat. Si memoria esset pars mentis, species intelligibiles in ipsa mente conseruentur, sicut cōseruantur in mente angelorum: sed angelus conseruendo se ad species, quas habet penes se, potest intelligere. ergo & mens conseruando se ad ipsas species retentas: & ita posset intelligere sine hoc quod adphantasmata conserueretur: quod manifeste appareat esse falsum. Quantumlibet. n. aliquis scientia in habitu habeat, ales tamen organo imaginativa virtutis, vel memorativa, in actu exire non potest: quod non esset si mens in actu intelligere posset non conseruendo se ad potentias quae organis vntuntur. vnde memoria non est in mente.

SED CONTRA. Philo. dicit in 3. de Anima. quod 15. 6. 10. 2. anima est locus specierum, praterquam non tota, sed intellectus, loci autem est conseruare contenta in eo. cum ergo conseruare species ad memoriam pertinet, videtur quod in intellectu sit memoria.

¶ 2 Prat. Illud quod equaliter se habet ad omne tempus, non cōcernit aliquod tempus particulare: sed memoria est proprie accepta equaliter se habet ad omne tempus, ut dicit Aug. 12. de Trin. & probat per dicta Virg. qui proprio nomine memoria & obliuionis vñus est. ergo memoria non cōcernit aliquod tempus particulare, sed omne. ergo ad intellectu pertinet.

¶ 3 Prat. Memoria proprie accipiendo est præteritorum: sed intellectus non solum est præsentium, sed etiam futurorum & præteritorum: intellectus enim compositionem format, secundum omne tempus intelligens hominem fuisse, futurum esse, & esse, ut patet 3. de Anima. ergo memoria proprie loquendo ad intellectum pertinere potest.

¶ 4 Prat. Sicut memoria est præteritorum, ita prouidentia futurorum secundum Tullium: sed prouidentia est in parte intellectu proprie accipiendo. ergo eadem ratione & memoria.

RESPON. Dicendum, quod memoria secundum cōsum loquentium, accipit pro notitia præteritorum. Cognoscere autem prout ut præteritum, est eius cuius est cognoscere plenus, ut plenus, vel nunc, ut nunc: hoc autem est sensus, sicut in intellectu non cognoscit singulariter ut est hoc, sed secundum cōsum quandam rationem, ut in quantum est homo, vel albus, vel etiam particula, non in quantum est hic homo, vel particula, hoc, ita etiam intellectus cognoscit praesens & præteritum, non in quantum est nunc, & hoc præteritum. vnde cum memoria secundum propriam suam acceptiōnem respiciat ad id, quod est præteritum respectu hu-

Quæst. disp. S. Tho. XX 4 ius

In lib. de in-  
uentione fol.  
4. ante finem  
libri.

Q V A E S T . X . D E M E N T E , A R T . III.

In lib. de me  
moria & re-  
memoria.  
cap. 1. 10. 1.

ius nunc, constat quod memoria proprie loquendo, non est in parte intellectiva, sed sensu ratiū, ut Philoso. probat, sed quia intellectus non solum intelligit intelligibile, sed etiam intelligit se intelligere, re tale intelligibile, ideo nō memorie pōt extendi ad notitiam, qua & si non cognoscatur obiectū, ut in præteritione modo p̄adicto, cognoscitur tū obiectum de quo etiam prius est notitia habita, inquit alius scit se eam prius habuisse, & sic oī notitia non de novo accepta potest dici memoria: sed hoc contingit vno modo, quando cōsideratio secundum notitiam habiram non est intercisa, sed continua. Alio vero modo, qñ est intercisa, & sic habet plus de ratione præteriti, vnde & magis proprie ad rationem memorie attingit, ut si dicamus illius rei habere memoriam, quam prius habitualiter cognoscemus: nō autem in actu. & sic memoria est in parte intellectua nostrę animā, & hoc modo vñ Aug. memorię accipere ponens eam partem imaginis, vult, n. omne illud quod habitualiter in mente teneatur, vt in actu non prodeat, ad memoriam pertinere. Quomodo autē hoc possit concordare a diuersis diuersimode ponitur. Avicen. enim d. de naturis, ponit qđ hoc non contingit quod anima habitualiter teneat notitiam alicuius rei quam actu non considerat, ex hoc quod aliqua species cōseruitur in parte intellectua: sed vult quod species actu non considerate, nō possunt conferari, nisi in parte sensitiva, vel quantum ad imaginationem, qua est thesaurus formarum a sensu acceptarum, vel quantum ad memoriam quantum ad intellectus particulares non acceptas a sensibus. In intellectu vero nō permanet species, nisi qñ actu cōsideratur: post cōsiderationem vero in eo actu esse desinit. vnde quando iterum vult considerare aliquid, oportet qđ species de nouo fluat in intellectum, possibiliter ab intellectu agente, nec tñ sequitur secundum ipsum qđ si aliquis de novo debet considerare, que prius scivit, qđ oporteat cum iterum addiscere, vel inuenire sicut a principio, quia relata est in eo quādā habilitas per quā facilis se cōvertit ad intellectū agentē, vt ab eo species effluentes recipiat, & hæc habilitas est habitus scientiæ in nobis. & secundum hanc opinionem memoria non est in mente secundum retentionē aliquarum specierum, sed secundum habilitatem ad accipēdum de novo. Sed ista opinio non vñ rationabilis. Primo quia cū intellectus possibilis sit stabilitas naturæ quā sensus, oportet quod species in eo recepta stabilius recipiantur, vñ magis possunt in eo seruari species quam in parte sensitiva. Secundo, quia agens intelligentia equaliter se habet ad influentes species cōvenientes faciūs oībus, vñ si in intellectu possibili nō cōseruat erit aliqua species, sed sola habilitas cōvertere se ad intellectū agētem, & qualiter remaneret homo habilis ad qđ cuq; intelligibile, & ita ex hoc qđ homo addisceret vnam scientiā non magis sciret illam quam alias. Præterea Hoc vñ est expressa cōtrarij sententia Philosophi in 3. de Anima, qui cōmendat antiquos in hoc, qđ posuerunt anima esse locū specierum, quantū ad intellectuum partem. & ideo alii dicunt qđ species intelligibiles in intellectu possibili remanent post actualē cōsiderationem, & harū ordinatio est a habitus scientiæ, & quod hæc vis, qua mens nostra retinere pōt species intelligibiles post actionem considerationē memoria dicitur, & hoc magis accedit ad propriam significationē memorie.

Com. 6. 10. 3.  
D. 1099.

F AD PRIMVM ergo dicēdū, qđ memoria qđ omnis est nobis & brutis, est illa in qua cōseruant particulates intentiones: sed hoc nō est in mente, sed illa tñ in qua cōseruantur species intelligibiles.

AD SECUNDVM dicēdū, quod Philo. quoniam de memoria, qua est præteriti, prout est relati ad hoc nunc, inquantum est hoc, & sic ponet in mente.

AD TERTIUM dicēdū, est per idem.

AD QUARTVM dicēdū, quod in intellectu possibili dicitur actu apprehendere & retinere: non ex eo quod species sit in eo aliquo modo corporaliter, sed intelligibiliter tantum. nec tamē sequitur quod semper intelligatur secundum illam speciem: sed solum quād intellectus possibilis perficit sibi respectu illius speciei. Quandoque vero est imperficit. Et in actu eius quodam modo medio inter puram potentiam & purum actum, & hoc est habitualiter cognoscere, & de hoc modo cognitionis reducitur in actum perfectum per voluntatem, per voluntatem. Ansel. est motor omnium virium.

AD QUINTVM dicēdū, quod mēs est ad imaginā, præcipue fm quod fertur in Deum & in seipsum. Ia autē est libi præsens & similiter Deus antequam aliquā species a sensibus accipiantur, & mens non dicitur habere vim memoriam ex hoc quod alii quid actu teneat, sed ex hoc quod est potes tenet.

AD SEXTVM patet responsio ex dictis.

AD SEPTIMVM dicēdū, quod nulla potentia possit aliqd cognoscere non cōvertendo se ad obiectum suum, vt vult nihil cognoscit, nisi conuertere se ad colorem, vnde cum aphantasmata se habeant hoc modo ad intellectum possibiliter sicut sensibilia ad sensum, ut patet per Phil. in 3. de Anima, quantumcumque aliquam speciem intelligibilem apud se habeat, numquam tamen actu aliquod considerat fm illam speciem, a nisi converteendo se ad phantasmata. & ideo sicut in intellectus notitie secundum statutum viae in dingerphantasmatisbus actu considerandum, antequam accipiat habitum, & postquam acceperit, secus autem videatur de angelis, quorum intellectus obiectum non estphantasma.

AD PRIMVM vero eorū, que in contrarij obiectis dicēdū, quod ex auctoritate illa haber non potest quod in intellectu sit memoria, nisi secundum modum qui dicitur est, non autem quod proprie-

I AD SECUNDVM dicēdū, quod memoria est intelligendum quod memoria pōt est de præsentibus obiectis, numquā tñ pōt dici memoria nisi conseretur aliqd præteritum ad minus ex parte plus cognitionis. & fm hoc ē dicitur aliquis sibi oblinias vel etiam memorari, inquantum de seipso qui est præsens sibi nō cōseruat præterit cognitionem.

AD TERTIUM dicēdū, quod inquantum intellectus cognoscit differētas temporum secundum communis rationes, formare potest compositiones, secundum quamlibet differentiam temporis.

AD QVARTVM dicēdū, qđ prouidentia non est intellectu, nisi fm generales rationes sunt, sed al particulae applicatur mediante ratione particulari, quam oportet mediam intercedere inter rationes, vniuersalem invenientē & motum, qui in particulis consequitur, ut patet per Phil. in 3. de Anima.

A R T I C U L U S III.  
Vrum memoria distinguantur ab intelligentia sive potentia a potentia.

T ERIO queritur, vrum memoria distinguitur ab intelligentia sive potentia a potentia, & quod

quod non. Diuersarum. n. potentiarum sunt diuersi actus: sed intellectus possibilis, & memoria, put sunt in mente ponitur esse idem actus, qui est specie reuinere hoc: quod Aug. memoria, Philosophus intellectui possibili attribuit. ergo memoria non distinguuntur ab intelligentia, sicut potentia a potentiâ.

**¶ 2 Præt.** Accipere aliquid non concernendo aliquam differentiam temporis est proprium intellectus, qui abstractus ab his, & non: sed memoria non concernit aliquam differentiam temporis, quia fm Aug. 14. de Trin. memoria est cōmuniter præsentium, præteriorum, & futurorum. ergo memoria ab intelligentia non distinguitur.

**¶ 3 Præt.** Intelligentia accipitur dupliciter fm August. 14. de Trin. Vno modo, prout dicitur intelligere, id quod non cōsideramus. Alio modo, prout dicitur intelligere, id quod actus cogitamus: sed intelligentia fm quam id tanquam dicimus intelligere, quod actus cogitamus, est in intelligere in actu, qd non est potentia, sed actionis aliquius potentia, & sic non distinguuntur a memoria sicut potentia a potentia. fm vero, quod intelligimus ea, quæ in actu consideramus nullo modo a memoria distinguuntur, sed ad memoriam perinet, qd patet per Aug. 14. de Trin. vbi sic dicit. Si nos referamus ad interiorum mentis memoriam, qua sui meminit, & interiorum intelligentiam, qua se intelligit, & interiorum voluntatem, qua se diligit, vbi hæc tria simul semper sunt, sive cogitentur, sive non cogitentur, videtur quidem imago Trinitatis ad solam memoriam pertinere. ergo intelligentia & memoria nullo modo distinguuntur, sicut potentia a potentia. Si dicatur, qd intelligentia in anima est quadam potentia, secundum quam anima est potens actu cogitare, & alia fm quam actu cogitat, sic etiam intelligentia quas nos dicimus intelligere non cogitando distinguuntur a memoria, sicut potentia a potentia.

**¶ 4 Contra.** Eiusdem potentia est habitus habere, & vii habitu: sed intelligere non cogitando, est intelligere in habitu, intelligere autem cogitando, est habere habitum. ergo ad eandem potentiam pertinet intelligere, non cogitando, & intelligere, cogitando, & sic per hoc non diversificatur intelligentia a memoria sicut potentia a potentia.

**¶ 5 Præt.** In intellectu parte anima non inuenitur aliqua potentia, nisi cognoscitiva, & moria, vel affectiva: sed voluntas est affectiva vel motiva, intelligentia autem cognoscitiva. ergo memoria non est alia potentia ab intelligentia.

**SED CONTRA,** est quod August. dicit 14 de Trin. quod fm hoc anima est ad imaginem Dei, quod vt ratione atque intellectu ad intelligendum Deum, & conspicendum potest: sed potest anima conspicere fm potentias. ergo imago in anima attenditur, secundum potentias: sed in anima attenditur imago secundum, quod hæc tria in ea inueniuntur, memoria intelligentia, & voluntas. ergo hæc tria sunt tres potentias distinctæ.

**¶ 2 Præt.** Si ista non sunt tres potentiae, oportet aliquid

A habitus, & habitus quam actus: quia unius potest, qd sunt plures habitus, & ab uno habitu plures actus elicuntur. ergo non potest esse, quod aliquod eorum sit habitus, & aliud actus.

**R E S P O N.** Dicendum, quod Aug. dupliciter assignat imaginem Trinit. in mente. Primo secundum hæc tria, mens, notitia, & amor, vt pater in 9. de Trin. Secundo quantum ad hæc tria, quæ sunt memoria, intelligentia, & voluntas. Dicendum ergo, quod imago Trinitatis in anima potest assignari dupliciter. Vno modo, secundum perfectam imitationem Trinitatis. Alio modo secundum imperfectam. Anima enim perfecte Trinitate imitatur in quod minimum actu, intelligit actu, & vult actu. Quod iō est, qd in illa trinitate increata, media in Trinitate persona est verbum: verbum aut sine actu ali cognitione esse non potest, unde secundum hunc modum perfectam imitationis assignat Aug. imaginem in his tribus: memoria, intelligentia, voluntate, prout memoria importat habitualem notitiam, intelligentia vero actualem cogitationem ex illa notitia procedentem, voluntas vero actualem voluntatis motum ex cogitatione procedentem. Et hoc paret expresse per hoc, quod dicit in 14. de Trin. sic dicens. Quia ibi, in mente verbum est sine cogitatione non potest, cogitamus enim omne, quod dicimus illo interiori verbo, quod ad nullius gentis pertinet linguam, in tribus potius illis imago ista ponitur, memoria, intelligentia, & voluntate. hanc autem dico intelligentiam, quia intelligimus cogitantes, & eam voluntatem quia istam prolem parentemque coniungit, imago vero secundum imperfectam imitationem est, quando assignat secundum habitus & potentias. Et sic assignat imaginem Trinitatis in anima nono de Trinitate, quantum ad hæc tria: mens, notitia, amor, vt mens nominat potentiam, notitia vero & amor, habitus in ea existentes: & sicut posuit notitiam, ita ponere potuisse intelligentiam habitualem virumq; enim habitualiter accipi potest, vt pater ex hoc quod dicit 14 de Trinitate, Nunq; recte

D possimus dicere iste musicus nout quidem musicam, licet non eam intelligat, qui eam non cogitat: intelligit vero nunc geometriam, hanc enim nunc cogitat: absurdum est quantum apparer ista sententia. Et sic secundum hanc assignationem hæc duo quæ sunt notitia & amor habitualiter accepta ad membrum tantum pertinent, vt pater per auctoritatem eiusdem in obiecto induxit. Sed qd actus sunt in potentia radicaliter, sicut effectus in causis, ideo est perfecta imitatio, quæ est secundum memoriam, intelligentiam, & voluntatem actualem, potest originaliter inueniri in potentia, secundum quas anima potest meminisse, intelligere actualiter, & velle, ut per verba Aug. inducit pater. Et sic imago attenditur secundum potentias, non tamen hoc modo quod memoria posuit esse in mente, alia potentia præter intelligentiam, quod sic pater potest, non diversificantur ex diversitate obiectorum, nisi diversitas obiectorum sit ex his, quæ p se accidunt obiectis, secundum quod sunt talium potentiari obiecta, unde calidum & frigidum, quæ colorato accidunt, inquit enim huiusmodi, non diversificantur potentiam visuam: eiusdem enim visus potentia est videre coloratum, calidum & frigidum, dulce & amarum: quis autem mens sive intellectus aliquo modo posuit cognoscere presentem, tñ cum indifferenter se habeat ad cognitionem praesentia, praeterita & futura, differentia praesentis

14. de Trin.  
c. 7. a medio  
tom. 3.

Aug. 14. &c.  
sec. tom. 3.

¶ 7. circa  
prin. tom. 3.

In ar. citato

QVÆST. X. DE MENTE, ART. III.

D. 266.  
22. de Trin.  
6.14. tom. 3.

fentis, & præteriti accidentialis intelligibili est, inquitum himo. unde quāvis in mente aliquo modo possit esse memoria, non tamen potest esse ut potētia quadam per se distincta ab alijs, per modum quo Philosophi de distinctione potentiarū loquuntur, sed hæc solummodo potest inueniri memoria in parte sensuīa quæ fertur ad præfens, inquitum est præfens. unde si debent ferri in præteritum requiratur aliqua altior virtus, quam ipse sensus, nihilominus tamen & i<sup>3</sup> memoria non sit potētia distincta ab intelligentia prout intelligentia sumitur pro potentia, tamen inuenitur Trinitas in aīa et considerando ipsas potētias, secundum quod vna potētia, quæ est intellectus, habet habitudinem ad diuersa, scilicet ad tenendam notitiam aliiuis habituali-  
ter: sicut & Augustus distinguere rationem inferiorem a superiori, secundum habitudinem ad diuersa.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quāvis memoria prout est in mente non sit alia potētia ab intellectu possibili distincta, tamē inter intellectum possibilem & memoriam inuenitur distinctio secundum habitudinem ad diuersa, ut ex dictis patet. Et similiter dicendum est ad quatuor sequentia.

AD PRIMVM vero in contrarium dicendum, q Aug. ibi loquitur de imagine inuēta in anima, non secundum perfectam imitationem, quæ est quando adū imitatur Trinitatem intelligendo eam.

AD SECUNDVM dicendum, quod semper est in anima imago Trinitatis aliquo modo, sed non secundum perfectam imitationem.

AD TERTIUM dicendum, quod inter potentia & actum & habitum potest esse qualitas, secundum quod comparantur ad vnum obiectum: & sic imago Trinitatis inuenitur in anima secundum quod fertur in Deum. Et tamen etiam cōtinet loquendo de potentia habitu, & actu inuenitur in eis aequalitas, non quidem secundum proprietatem naturæ, quia alterius modi habet esse operatio, habitus, & potentia: sed secundum comparisonem ad actum, secundum quam consideratur horum trium quantitas, nec oportet quod accipiat unus tantum actus numerus, aut unus habitus, sed habitus & actus in genere.

ARTICVLVS I V.

Vtrum mens cognoscat res materiales.

1. p. q. 34. 2r.  
2. Cor. 12. illud. Rapti  
vix; ad ter-  
tium celum

12. sup Gen.  
cap. 24. circa  
prin. tom. 3.

C. 26. 10. 2.

**Q**UARTO quæritur, utrum mens cognoscat res materiales. Et ut quod nō mens, nō cognoscit aliqd nisi intellectuali cognitione: sed ut habetur in gl. 2. Cor. 12. illa est intellectus visio quæ illas res continet, quæ non habet imagines sui similes, quæ non sunt quod ipse. cum igitur res materiales non possint esse in anima per seipself, sed solum per imagines sui similes, quæ non sunt quod ipse, videtur quod mens materialia non cognoscat. ¶ 2 Prat. Aug. super Gene. ad literam dicit. mente intelliguntur quæ nec corpora sunt, nec similitudines corporum: sed res materiales sunt corpora & similitudines corporum habent. ergo &c. ¶ 3 Prat. Mens siue intellectus habet cognoscere quidditates rerum, qd obiectū intellectus est, quod qd est, ut dicit in 3. de Anima: sed quidditas rerum materialium non est ipsa corporeitas, alias oportet oīa quæ quidditatem habent corpus esse. ergo &c. ¶ 4 Prat. Cognitio mētis consequitur formā, quæ est principiū cognoscendi: sed forme intelligibiles,

F quæ sunt in mente, sunt omnino immateriales, ergo per eas mens nō potest res materiales cognoscere. ¶ 5 Prat. Omnis cognitio est per assimilationē: sed non potest esse assimilatio inter mentem, & materialia: quia similitudinem facit unitas qualitatis: qualitates autē rerum corporalium sunt corporalia accidentia, quæ in mente esse non possunt. ergo &c. ¶ 6 Prat. Mens nihil cognoscit, nisi abstrahendo a materia, & a conditionibus materia: sed res materiales, quæ sunt res naturales, non possunt etiam secundum intellectum a materia separari, quia in eorum definitionibus cadit materia, ergo &c.

SED CONTRA. Ea qua ad scientiam naturalē pertinent mente cognoscuntur: sed scientia naturalē rebus materialibus est, ergo materialia per mentem cognosci possunt.

¶ 2 Prat. Vnusquisq; bene iudicat, quæ cognoscit & horum est optimus index, vt dicitur in Ethico, sed sicut dicit August. 2. super Gene. ad literam, g; mentem ista inferiora iudicantur, ergo hæc inferiora materialia per mentem intelliguntur.

¶ 3 Prat. Per sensum non cognoscimus, nisi materialia: sed cognitio mentis a sensu oriuit. ergo & mētia naturales res cognoscit.

R E S P O N . Dicendum, qd omnis cognitio est secundum aliquam formam, quæ est in cognoscitur principiū cognitionis. Forma autē hanc modi potest considerari dupliciter. Vno modo secundum esse, quod habet in cognoscente. Alio modo secundum respectum, quem habet ad rem, cuius est similitudo. Secundum quidem principium reflexum facit cognoscētū actu cognoscētū, sed secundum, qm respectum determinat cognitionē ad aliquod cognoscibile determinatum. Ex uno modo dico cognoscētū rem aliquā, est secundum conditionem cognoscētū, in quo forma recipiatur modum eius. Non autem oportet, quod res cognoscētū sit secundum modum cognoscētū, vel secundum modum illum, quo forma, quæ est cognoscētū principiū, esse habet in cognoscētū. Hoc autem prohibet per formas, quæ in mente immaterialiter existunt, res materiales cognoscētū. Hoc autem differenter contingit in mēte humana: quia cognitionē accipit a rebus, & in diuinā, vel angelicā, q; a rebus non accipiunt. In mente enim accipiente scientiam a rebus forma existunt, per quād actio nēm rerum in āiam. Omnis autem actio est per formam, vnde formae, quæ sunt in mente nostra, primo & principaliter respiciunt res extra āiam existentes, quantum ad formas carū. Quādā n. sunt, quæ nullam fibram, etiam de terminant, ut linea, superficies & hīmo. Quādā autē de terminant sibi speciale materialiū, ut oīes forma naturales. Ex cognitionē autem formarum, quæ nullā sibi materialiū determinant, nō relinquit aliqua cognitionē de materia, sed ex cognitionē formarum, quæ de terminant sibi materialiū, cognoscitur etiam ipsa materia aliquo modo. Et secundum habitudinē, quā habet ad formam. Et hoc dicit Philoſophus in 1. Physico, quod materia prima est scibilis secundum analogiam ad formam. Et sic per similitudinem formæ ipsa res materiales cognoscētū: sicut aliquis ex hoc ipso, qd cognoscit limitare cognoscit nūstum limū. Sed formæ rerum in mente diuinā existētes sunt, ex quibus sunt esse rerū, quod est cōē formæ, & materia. vnde & formæ illa respiciunt, & formam, & materiam.

immediate. & nō vnum per alterū, & similiter for-  
mę intellectus Angelici, quae sunt similes formis  
mentis diuinę, quāmis non sint causa rerū. Et sic  
mens nostra de rebus materialibus materialē co-  
gnitionē habet. mēs vero diuina, & angelica mate-  
rialia immaterialius, & tñ perfectius cognoscit.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ auctoritas illa  
dupliciter pōt exponi. Vno modo, vt referatur ad  
visionē intellectualem, quantum ad omnia quae sub  
ipsa cōprehenduntur: & sic dicitur intellectualis vi-  
sio illarum tantum rerum, quae non habent imagi-  
nes sui similes, quae non sunt, qđ ipsa, nō vi hoc in-  
telligat de imaginibus quibus res intellectuali visio  
ne videtur, quae sunt quasi medium cognoscendi,  
sed quia ipsa cognita per intellectualem visionē sunt  
res ipsa, & nō rerum imagines, qđ in visione cor-  
porali. s. sensu, & spirituali, scilicet imaginativa  
non accidit. Obiecta enim imaginationis, & sensus  
sunt quadam accidentia, ex quibus quēdā rei figu-  
ravel image constitutur: sed qđ obiectum intellectu-  
lum est ipsa rei essentia, quāmis essentiam rei co-  
gnoscit p̄ eius similitudinem, sicut per medium co-  
gnoscendi, nō sicut per obiectū in quo primo fer-  
tur eius visio. Vei dicit, quod hoc quod in auctori-  
tate dicitur, pertinet ad visionē intellectualem, secun-  
dum quod excedit imaginativam & sensituum, sic  
enī Aug. ex cuius verbis glossa lumitur, in rendite  
assignare differentiā triū visionum, attribuens su-  
periiori visioni id, in quo inferiorē excedit: sicut di-  
citur, qđ spiritualis visio est cū absentia cogitamus  
per similitudines quādam, & tamen spiritualis sive  
imaginaria visio etiam est de his, quae præsentia liter  
videntur: sed in hoc, quod etiam absentia videt ima-  
go, sensum transcendent: & ideo ponitur hoc quasi  
proprium eius. Similiter etiam intellectualis visio  
in hoc transeedit imaginacionem, & sensum, quod  
ad illa se extendit, quae per essentia sua, sunt intelli-  
gibilia. Et ideo hoc ei attribuit Aug. quasi propriū,  
quae etiam cognoscere possit materialia, quae p̄ suas  
similitudines cognoscibilia sunt. Vnde dicit Aug.  
12. super Gene. ad literā, quod per mēt̄ etiā ista in-  
feriora dijudicantur, & ea sciuntur: quae neque sunt  
corpora, neque illas gerunt formas similes corporo-  
rum. Et per hoc patet responsio ad secundum.

AD TERTIVM dicendum, q̄ si corporeitas sumat a  
corpo, p̄t est in genere quātitatis, sic corporei-  
tas nō est rei naturalis quidditas: sed eius accidens,  
strina dimētio. Si vero sumat a corpore, p̄t est  
in genere substatię, sic corporeitas nominat rei na-  
turalis essentia, nec tñ sequitur, qđ omnis quidditas  
sit corporeitas, n̄si dicetur, quod quiditatē in-  
quantum quidditas, conueniat esse corporeitatē.

AD QVARTVM dicendum, q̄ quāmis in mente  
non sunt, n̄si immaterialē formæ, possunt tamē  
esse similitudines rerum materialium. Non enim  
oportet, quod eiusmodi esse habeat similitudo, cu-  
iusmodi est id cuius est similitudo: sed solum, qđ  
in ratione conueniat: sicut forma hominis non  
habet tale esse in status aurea, quale esse habet for-  
ma hominis in carnibus, & ossibus.

AD QVINTVM dicendum, q̄ quāmis qualitates

corporeales nō possint esse in mente, possunt tamē  
esse similitudines qualitatibus corporearum, & tñ  
has mens rebus corporis assimilatur.

AD SEXTVM dicendum, q̄ intellectus cognoscit abstra-  
hēdo a materia particulari, & cōditionibus eius, si-  
cut ab hac carne, & his offib⁹: non tamē oportet

A quod abstrahat a materia vniuersali, unde potest  
considerare formam naturalē in carnibus, & os-  
sibus, sed non in his.

## ARTICVLVS V.

Vtrum mens nostra possit materialia cognoscere  
in singulari.

**Q**VI NRO queritur, vtrum mens nostra possit  
cognoscere materialia in singulari. Et viderur  
quod sic, q̄a sicut singulare habet esse per  
materię, ita res dicuntur materiales, quae in sui de-

finitione materialia habent: sed mens quāmis sit  
immaterialis, potest cognoscere res materiales. er-  
go eadē ratione potest cognoscere res singulares.

**P**ret. Nullus recte iudicat, & disponit de aliqui-  
bus, n̄si ea cognoscat: sed sapiens p̄ mentē iudicat  
recte & disponit de singularib⁹, sicut de familia sua,  
& de reb⁹ suis. ergo mēs singulare cognoscimus.

**P**ret. Nullus cognoscit cōpositionem, n̄si co-  
gnoscat cōpositionis extrema: sed hanc cōpositio-  
nē Socratis est homo, format mēs. n̄d. n. posset cā  
formare aliqua sensitiva potētia, q̄ hoīem in vniuer-  
sali nō apprehēdit. ergo mēs singulare cognoscit.

**P**ret. Nullus potest imperare actum aliquem n̄si  
cognoscat obiectum actus illius: sed mens sive ra-  
tio imperat actum concupiscibilis, & irascibilis, vt  
patet in 1. Ethic. ergo cum illorum obiecta sint sin-  
gularia, mens singulare cognoscit.

**P**ret. Quicquid potest virtus inferioris pōt super-  
ior se undum Boetium: sed potēs sensitivæ, quæ  
sunt inferiores mente, singulare cognoscunt. ergo

multo amplius mēs singulare cognoscere potest.

**P**ret. Quanto aliqua mens est altior, tanto ha-  
bet vniuersaliorē cognitionem, vt patet per Dio-  
nys. 12. c. cel. Hier. sed mens angelī est altior, quam

mens hominis, & tamen angelus cognoscit singu-  
laria. ergo multo amplius mens humana.

**S**ED CONTRA. Vniuersale est dum intelligitur,  
d singulare dum sentitur, vt dicit Boetius.

**R**ESPON. Dicendum, quod sicut ex dictis patet,  
mens humana, & angelica diversimode materialia

cognoscit. Cogitatio n̄mētis humana fertur ad res  
naturales primo secundum formā, & secundario ad

materię prout haber habitudinem ad formā. Sicut  
autē oīs forma quantum est de se, est a vniuersali,

ita habitudo ad formā non facit cognoscere materię,  
nisi cognitione vniuersali. Sic autē considerata

materia non est individuationis principium: sed secun-  
dum quod consideratur materia in singulari, q̄

est materia signata sub determinatis dimēsionibus

existens. Ex hac enim forma individuat. Vnde di-  
cit Philosophus in 7. Metaphy. quod hominis par-

tes sunt materia, & forma vniuersaliter, Socratis ve-  
ro forma hēc, & hēc materia. Vnde patet qđ mens

nostra singulare directe cognoscere nō potest: sed di-  
recte cognoscitur a nobis singulare p̄ virtutes sensi-

tivæ, q̄ recipiunt formas a rebus in organo corpo-  
rali: & sic recipiunt eas sub determinatis dimēsionibus,

& secundum quod ducat in cognitionē materię sin-  
gularis. Sicut n̄ forma vniuersalis ducit in

cognitionē materię vniuersali, ita forma individua-  
lis ducit in cognitionē materię signata, q̄ est in

individuationis principiū: sed tñ mens p̄ accidēs sin-  
gularibus se immiscet, inquantū continuatur viri-  
bus sensitivis que circa particularia versantur. Que

quidem

## QUÆST. X. DE MENTE, ART. VI.

quidem continuatio est expliciter. Vno modo, in-  
quatum motus sensitivæ partis terminatur ad men-  
te, sicut accidit in motu q[uod] est a rebus ad animam; & sic  
mens singulare cognoscit per quandam reflexionem,  
put scilicet mens cognoscendo obiectum suum, q[uod]  
est aliqua natura vniuersalis, reddit in cognitionem sui  
actus & vterius in speciem que est actus sui principi-  
um, & vterius in phantasma a quo species est ab-  
stracta; & si aliquam cognitionem de singulari acci-  
pit. Alio modo, secundum quod motus, q[uod] est ab anima  
ad res incipita mente, & procedit in parte sensitiva,  
propter mens regit inferiores vires, & sic singularibus  
se immiscet movente ratione particulari: qua est po-  
tentia quadam individualis, qua alio nomine dicitur cogita-  
tua, & habet determinarum organum in corpore,  
similium cellulam, capitis. Vniuersalem vero sen-  
tentiam, quam mens habet de operabilibus, non est  
possibile applicari ad particularem actum, nisi per  
aliquam potentiam mediæ apprehensionis singulari,  
vt sic fiat quidam syllogismus, cuius maior sit vniuer-  
salis, qua est sententia mentis, minor autem singularis,  
qua est applicatio particularis rationis, conclusio  
vero electio singularis operis, vt patet per id quod  
habetur 3. de Anima. Mens vero angelorum, quia cogno-  
scit res materiales per formas, quæ respiciunt im-  
mediate materiam, sicut & formam, non solum co-  
gnoscit materiam in vniuersali directa inspectione,  
sed etiam in singulari, similiter, & mens diuina.

Com. 77. &  
53. & prece-  
tom. 3.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cognitionis,  
qua cognoscitur materia secundum analogiam,  
quam habet ad formam, non sufficit ad cognitionem  
In corp. art. nem rei singularis, ut ex dictis patet.

AD SECUNDUM dicendum, quod dispositio sa-  
cientis de singularibus non fit per mentem, nisi me-  
diante ut cogitatua, cuius est intentiones singulari.  
In corp. art.

AD TERTIUM dicendum, quod secundum hoc  
intellectus potest de singulari & vniuersali propo-  
sitionem componere, quod singulare per reflexio-  
nem quandam cognoscit, ut dictum est.

AD QUARTUM dicendum, q[uod] intellectus siue ratio co-  
gnoscit in vniuersali finem ad quem ordinat actum  
concupisibilis, & actum irascibilis imperando eos.  
In corp. art.

Hanc autem cognitionem uniuersalem mediante  
ut cogitatua ad singularia applicat, ut dictum est.  
AD QUINTUM dicendum, q[uod] illud quod potest virtus  
inferior, potest superior, non tam semper eodem  
modo: sed quandoque alio altiori modo: & sic intel-  
lectus cognoscere potest ea, quæ cognoscit sensus, alti-  
ori tam modo quam sensus: sensus enim cogno-  
scit ea quantum ad dispositiones materiales, & acci-  
deta exteriora, sed intellectus penetrat ad intimam  
naturam speciei, quæ est in ipsis individualibus.

AD SEXTUM dicendum, q[uod] cognitionis mens angelicæ  
est unius sicutor quæ cognitionis mentis humanae q[uod] ad  
plura se extedit pauciorib[us] medijs uterū, & in effica-  
cior est ad singularia cognoscenda, ut ex dictis patet.

### ARTICULUS VI.

*Vrum mens humana cognitionem a sensibilibus  
accipiat.*

I. p. g. 34. ar-  
tic. 6.  
A med. lib.

**S**Expto. queritur, utrum mens humana cognitionis  
est a sensibilibus accipiat. Et uidetur quod non.  
corum enim quæ convenienter in materia, non potest  
esse actio, & passio, ut patet p[ro] Boetium in lib. de dia-

b[us] Naturis. & etiæ per Philosophum in lib. de Gene-  
re in mentem nostram, ut ex eius menti postea ali-  
qua cognitione imprimatur.

¶ 1 Præt. Obiectum intellectus est, quod quid est,  
ut d[icit] in 3. de An[ima]. sed quidditas rei nullo modo sen-  
su percipit, ergo cognitionis mens a sensu non accipit.

¶ 2 Præt. August. dicit 10. Cof[er] loquens de cogni-  
tione intelligentium, quomodo a nobis acquiratur.  
Ibi inquam erant antequam ea didicimus, scilicet  
intelligibilia in mente nostra: sed in memoriam  
erant. ergo videtur, quod intelligibiles species no-  
nunca a sensibus acceptae.

G ¶ 3 Præt. Aug. probat 10. de Trinitate, quod non potest  
pot amare, nisi cognit: sed aliquis antequam faci-  
tia addiscat, amat eam, q[uod] patet ex hoc, quod mul-  
to studio eam querit. ergo antequam addiscatur  
scientia, habet eam in notitia sua. ergo videtur quod  
non accipiat mens scientiam a rebus sensib[us].

¶ 4 Præt. August. dicit 1. super Genesim, ad litteram Cor-  
poris imaginem non corpus in spiritu, sed ipsius for-  
tis in scripto facit celeritatem mirabilem, qua ineffabili-  
liter longe est a corporis tarditate. ergo videtur,  
quod mens non accipiat species intelligibiles, a  
sensibus, sed ipsa eas in se formet.

¶ 5 Præt. August. dicit 1. de Trinitate, quod mens non de  
rebus corporalibus iudicat, sed rationes incorpo-  
rales, & sempiternas: sed rationes acceptas a sensi-  
bus non sunt huiusmodi, & sic idem, quod prius.

¶ 6 Præt. Si mens cognitionem a sensibilibus acci-  
piat, hoc non potest esse, nisi in quantum species, q[uod]  
a sensibilibus accipitur, intellectum possibiliter mo-  
uet: sed talis species non potest mouere intellectum pos-  
sibilem: non enim mouet ipsamphantiam, phan-  
tasia adhuc existens, quia ibi existens non potest est-  
actu intelligibilis, sed potentia tantum: functionis  
mouer intellectum possibilem existens in intellectu  
agente, qui nullus speciei est receptus, atq[ue] non differet ab intellectu possibili: similiter nec  
existens in ipso possibili intellectu, quia forma ani-  
mæ inhaerens subiecto subiectum non mouet, sed in ip-  
so quodammodo quiescit, nec etiam per levitatem: sed  
cum species intelligibilis non sit subiectum: fed  
de genere accidentium, ut dicit Auct. in sua Meta-  
physica, ergo nullo modo esse potest, ut mens nostra a sen-  
sibilibus accipiat scientiam.

¶ 7 Præt. August. dicit 12. super Genesim, & per Philosophum  
in 3. de Anima: sed recipiens se haberet ad illud, q[uod]  
recipit quasi patiens ad agens, cum ergo mens in  
multo nobilior sensibilibus, & sensibus ipsius, non po-  
terit ab eius cognitionem accipere.

¶ 8 Præt. Philosopher dicit in 7. Physico, quod anima  
inquietudo sit sciens: sed anima non potest acci-  
pere scientiam a sensibilibus, nisi monere quo-  
dammodo ab eis, ergo &c.

K SED CONTRA. sicut dicit Philosophus, & expe-  
mento probatur, cui deficit vniuersitus deficit ma-  
cientia, sicut exercit deest sciencia de coloribus: ho-  
autem non esset si anima aliunde acciperet sci-  
entiam, quam per sensus, ergo a sensibilibus, per for-  
sus eum accipit.

¶ 9 Præt. Philosopher dicit in 7. Physico, quod anima  
inquietudo sit sciens: sed anima non potest acci-  
pere scientiam a sensibilibus, nisi monere quo-  
dammodo ab eis, ergo &c.

¶ 10 Præt. Omnis nostra cognitionis originaliter con-  
sistit in notitia primorum principiorum, id est ultra-  
hum. Horum aut cognitione in nobis a sensu oritur  
patet in fine Posteriorum, ergo scientiam nostram a sensibili-  
bus ei[us] accipit.

**G** 3 Præt. Natura nihil facit frustra, nec deficit in necessariis, frustra aut̄ dati essent sensus animæ, nisi per eos cognitionem de rebus acciperet. ergo &c.

**R** ESPON. Dicendum, q̄ circa hanc questionem multiplex fuit antiquorum opinio. Quidam non posuerunt ortum scientiæ nostræ totaliter a causa exteriori esse, quæ est a materia separata; quæ in duas seatas dividitur. Quidam n. vi Platonici, posuerunt formas rerum sensibilium esse a materia separatas, & sic esse intelligibiles actu, & per earum participationem a materia sensibili effici individua in natura, earum vero participatione humanas mentes scientiam habere. Et sic ponebant prædictas formas esse principium generationis, & scientiæ, ut Philosophus narrat in i. Metaph. Sed hæc positio a Philosopho sufficiens reprobatæ est, qui ostendit quod non est posse reformas sensibilium rerum, nisi in materia sensibili cum etiam, nec sine materia sensibili in uniuersali formæ vniuersales intelligi possint, sicut nec sinus, sine naso. Et ideo alij non ponentes formas sensibilium separatas, sed intelligentias tamquam quas nos Angelos dicimus, posuerunt originem nostræ scientiæ totaliter ab huiusmodi substantiis separatis esse, unde Averro. voluit, quod sicut formæ sensibiles non acquiruntur in materia sensibili, nisi ex influenza intelligentiæ agentis, ita & formæ intelligentes humanis mentibus non imprimuntur, nisi ex intelligentia agentis, quæ nō est pars animæ, sed substantia separata ut ipse ponit. Indigit tamen anima sensibus quasi excitari bus, & disponentibus ad scientiæ, sicut illa inferiora agentia præparant materiam ad suæ scipiendæ formam ab intelligentiæ agente. Sed illa opinio non videretur rationabilis: quia si hoc non est dependentia necessaria inter cognitionem mentis humanæ & virtutes sensitivæ, cuius apparent contrarium manifeste, tum ex hoc quod deficiente sensu deficit scientia de suis sensibilibus, tum ex hoc, quod mens nostra non potest actu considerare, etiā ea quæ habitualiter scit: nisi formando aliquaphantasmata, vnde etiā ex organo phantasie impedit consideratio. Et præterea, prædicta positio tollit proximerum principia, si omnia inferiora ex substantia separata immediate formas consequuntur, tam intelligibiles, quæ sensibiles. Alia opinio fuit possumus nostræ scientiæ originem totaliter a causa inferiori esse. Que etiam in duas seatas dividitur. Quidam n. posuerunt humanas alias in seipsis continere omnium rerum notitiæ: sed per coniunctionem ad corpus prædictam cognitionem obtenebri. Et ideo dicebant nos indigere studio, & sensibus, ut imprimèta scientia tollerentur, dicentes addiscere nihil aliud esse, quæ reminisci, sicut & manifeste apparet, qd ex his, quæ audiuiimus, & videmus, reminiscitur ea quæ prius sciebamus. Sed hæc positio nō vñ effici rationabilis. Si enim coniunctio animæ ad corpus sit naturalis, non potest esse, quod per causam totaliter naturalis scientia impediatur, & ita si hæc opinio vera esset, non patremur omnimodum ignorari corum, quorum sensum non habemus. Efficit autē opinio confusa illi positioni, quæ ponit alias ante corpora fusile etatas, & postmodum corporibus unitas: quia tunc cōpositio corporis, & aīas non efficit naturalis: sed accidentaliter proueniens ipsi animæ. Que quidem opinio, & secundum fidem, & secundū Philosophorum sententias reprobadæ indicatur. Alij vero dixerunt, qd anima sibi ipsi est scientiæ causa: non n. a sensibilibus scientiam acci-

**A**git quasi actione sensibilium aliquo modo similitudines rerum ad animam perueniant: sed ipsa anima ad præsentiam sensibilium in se similitudines sensibilium format. Sed hæc positio non vñ totaliter rationabilis. Nullum enim agens, si secundum quod est actu, agit: vnde si anima format in se oīum rerum similitudines, oportet quod ipsa in se actu habeat illes similitudines rerum: & sic redibit in prædictam opinionem, quæ ponit omnium rerum scientiam animam naturaliter insitam eē. Et ideo præ omnibus prædictis positionibus rationabilior videtur, sententia Philosophi, qui ponit scientiam mentis nostræ partim ab intrinseco esse, partim ab extrinseco, nō solum a rebus a materia separatis, sed et ab ipsis sensibilibus. Cum enim mens nostra comparatur ad res sensibiles, quæ sunt extra animam, inuenitur se habere ad eas in duplice habitudine. Vno modo, ut actus ad porieriam, in quantum felicet res, quæ sunt extra animam, sunt intelligibiles in potentia. Ipsa vero mens est intelligibilis in actu, & secundum hoc ponitur in ea intellectus agens, qui faciat intelligibiles actu. Alio modo, ut potentia ad actum, prout scilicet in mente nostra forma rerum determinata sunt in potentiam tantum, quæ in rebus extra animam sunt in actu, & secundum hoc ponitur in anima nostra intellectus possibilis, cuius est recipere formas a rebus sensibilibus abstractas, factas intelligibiles actu, per lumen intellectus agentis. Quod quidem lumen intellectus agentis in anima rationali, procedit sicut a prima origine a substantiis separatis, præcipue a Deo. Et secundum hoc verum est, quod scientiam a sensibilibus mens nostra accipit: nihilominus tamen ipsa anima in se similitudines rerum format, in quantum per lumen intellectus agentis efficiuntur formæ a sensibilibus abstractæ intelligibiles actu, ut in intellectu possibili recipi possint. Et sic etiam in lumine intellectus agentis nobis ē quodammodo oīis scientia originaliter indita, mediatis vniuersalibus conceptionibus, quæ starim lumine intellectus agentis cognoscuntur p̄ quas sicut per vniuersalia principia iudicamus de alijs, & ea præcognoscimus in ipsis. Et si hoc illa opinio veritatē habet, quæ ponit nos ea quæ addiscimus ante in notitia habuisse.

**A**D PRIMVM ergo dicēdū, quod forma sensibiles, vel a sensibilibus abstractæ, nō possunt agere in mente nostra, nisi quatenus p̄ lumen intellectus agentis immateriales redduntur & sic efficiuntur quodammodo homogenea, intellectui possibili in quæ agunt.

**A**D SECUNDVM dicēdū, q̄ circa idem uirtus superior, & inferior operatur, nō similiter, sed superior sublimius, unde p̄ formam quæ a rebus accipitur, sensus nō ita efficaciter rē cognoscit sicut intellectus: sed sensus qd manuducitur in cognitionem exteriorum accidentium, intellectus vero peruenit ad nudam quidditatē rei secernendo eam ab oīibus materialibus conditionibus, vnde pro tanto dī cognitio mentis a sensu originem habere, non quod oī illud quod mens cognoscit, sensus apprehendat, sed quia ex his quæ sensus apprehendit, mens in aliqua vltiora manuducitur, sicut etiam sensibilia intellecta manuducunt in intelligibilia diuinorum.

**A**D TERTIVM dicēdū, q̄ uerbū Ang est referendum ad præcognitionem quæ particularia in principijs uniuersalibus præcognoscuntur: sic n. uerū est, quod ea, quæ addiscimus, prius in anima nostra erant.

**A**D QUARTVM dicēdū, q̄ alijs antequam aliquā scientiā acquirat, amare eam potest, inquit, gnoscat

QVÆST. X. DE MENTE, ART. VII.

gnoscit quadā cognitione vniuersali cognoscēdo  
vtilitatē illi<sup>9</sup> scie, vel visu vel quocunq; alio modo.

**AD QUINTVM** dicendum, quod secundum hoc intelligenda est anima seipsum formare, quod per actionem intellectus agens formam intelligibilis factum intellectum possibiliter format, ut dictum est. Et secundum hoc vis imaginativa potest formare diuersorum sensibiliū formas, quod siccum apparet dum imaginamur ea, quia nunquam sensu perceperimus.

**D. 192.** AD SEXTVM dicendum, quod prima principia, quorum cognitio est nobis innata, sunt quadam similitudines in creato veritatis: unde secundum quod yeas de alijs iudicamus, dicimus iudicare de rebus pronunc immutabilibus vel veritatem increatam: hoc samus quod Aug*ustinus* ibi dicit, referendum est ad rationem.

D. 153. tamen quod Augustinus dicitur, et  
superiore, quæ dæternis contemplandis inheret.  
Quæ quidem quâmis sit dignitate prior, est tamen  
operatio eius posterior, quia inuisibilia Dei per ea,  
quæ facta sunt, intellecta conspicuntur. Roma. 1.

AD SEPTIMUM dicendum, quod in receptione qualiter intellectus possibilis spes rerum accipit a phantasmis et schabat phantasmata, ut ager instrumentale, & secundarium: intellectus uero ager, ut ager principale, & primum. Et ideo aduersus effectus relicturum in intellectu possibili secundum conditionem utriusque, & non secundum conditionem alterius tantum: & ideo intellectus possibilis recipit formas, ut intelligibiles acti, ex virtute intellectus agentis, sed ut similitudines determinatarum rerum ex cognitione phantasmatum. Et sic forma intelligibilia in actu non sunt per se existentes, neque in phantasia, neque in intellectu agente, sed solu in intellectu possibili

Ad OCTAVVM dicendum, quod quamvis intellegens possibilis sit simpliciter nobilior, quamphantasma, tamen secundum quid nihil prohibet phantomasmabominibus esse, in quantum feliciterphantasma est actu similitudo talis rei, quod intellectui possibili non conuenit, nisi in potentia. Et sic quodammodo potest agere in intellectum possibilem uitetur luminis intellectus ageretur, sicut & color potest agere in visu virtute luminis corporalis.

**AD NONVM DICEDUM**, QUOD QUIES IN QUÀ PERFI-  
CITUR SCIENTIA, EXCLUDIT MOTUM NATURALIUM PASIO-  
NUM. NÒ AUTEM MOTUM, & PASSIONEM COMMUNI-  
TER ACCEPTAM, SECUNDUM QUOD QUODLIBET RECIPERO-  
PATI DICITUR, & MOUERI, Sicut etiā Philolophus dicit  
in 3. de Anima: quod intelligere est quoddam pati-

ARTICVLVS VII.

*Vtrum in mente sit imago Trinitatis, secundum quod  
materialia cognoscit, vel solum secundum  
quod cognoscit eterna.*

**S**EPTIMO queritur, vtrum in mente sit imago Trinitatis, secundum quod materialia cognoscit, non solum secundum quod cognoscit eterna. Et vñ quod sic: quia, vt dicit Aug 12. de Trin. cum qua-  
rimus trinitatem in anima, in toto quærimus, non separantes actionem rationalem in temporalibus a contemplatione aeternorum: sed mens non est ad imaginem, nisi secundum quod in ea Trinitas inueniatur. ergo mens est ad imaginem non solum temporalium, quod inhaeret rationibus aeternis contemplandis, sed secundum quod inhaeret temporalibus agendis.  
**P**ropterea. Imago Trinitatis in anima consideratur in quantum in ea representatur: aquila itas persona tu,

F. & earum origo: sed magis æqualitas personarum  
repræsentatur in mente fm quod cognoscit tem-  
poralia quam secundum , quod cognoscit æterni-  
cum æterna in infinitum excedant mentem , mens  
autem non in infinitum temporalia excedit , ergo  
etiam personarum manifestatur in cognitione tem-  
poralium , sicut & in cognitione æternorum , quia  
utrobique ex mente procedit notitia , & ex notitia  
amor ergo imago Trinitatis non solum , &c.  
¶ 2 Præ Similitudo est in posteriori

¶ 3 Præt. Similitudo est in potentia diligendi: sed imago in potestate cognoscendi, sicut habet. *S. Petri*, *13*, distin. sed mens nostra prius cognoscit materialia, quā æterna, cū ex materialibus in eterna perennia, & perfectius, cum temporalia cōprehendit, non aeternam. ergo imago magis est in mente, secundum quid comparatur ad temporalia &c.

¶ 4 Præt. Imago Trinitatis invenitur in alia modis, sicut in potentias, ut supra dictum est: sed potius in indifferenter se habent ad omnia obiecta, ad quā potentiam determinantur. ergo imago

**P**otentia determinavit ergo imago Dei inuenitur in mente respectu quo rumlibet obiectorum.  
**S**i. **P**ret. Perfectius videtur illud quod in sensu, quā quod videt in sui similitudine: sed alia videt ipsam in se, Dei autem non, nisi in similitudine in se.

tu vię, ergo perfectius cognoscit eis ipsam quā Dei,  
& ira magis attendenda est imago Trinitatis in ea,  
qm̄ quod anima cognoscit seipsum quam secundum  
quod cognoscit Deum, cum in nobis secundum i-  
lud imago Trinitatis inueniatur, quod perfectissi-  
mum in nostra natura habemus, ut dicit Aug. b.  
¶ 6 Præt. Secundum hoc, persouarum qualitas in-  
mente nostra repreſentatur, quod memoria, in-  
tellectus, & voluntas tota, in tunc eam, capi-  
patet per Aug. 10. de Trin. sed ista mentis compre-  
hensio non ostenderet earum equalitatem, nisi quā  
rum ad omnia obiecta se comprehendenter, ergo in  
ratione omnium obiectorum imago Trinitatis in-  
uenitur in potentij mensis.

**¶ 7 Præt.** Sicut imago est in potestate cognoscendi, ita charitas est in potestate diligendi: sed chama non solum recipit Deum, sed etiam proximum, unde duplex ponitur actus charitatis, faciliter dilectio Dei, & proximi. ergo & imago non solum est in mente, secundum quod cognoscit Deum, sed etiam secundum quod cognoscit creaturas.

secundum, quod cogit et creaturam.  
¶ 8 Preceptum est in quibus consistit imago,  
aliisque habitibus, perfectius, fm quas imago de-  
formata dicitur reformati, & perfecti sed potem  
mentis non indigent habitibus fm quod compari-  
tur ad eternam, sed solum secundum quod compari-  
tur ad temporalia, quia habitus ad hoc sunt fieri  
dum eos potest regulerint, in eternis autem er-  
ror non potest accidere, ut ibi regula opus sit, sed  
solum in temporalibus, ergo &c.

**K** 9 Prat. Trinitas increata representatur in imagine mēris, prēcipue quātum ad confusibiliam & equalitatem: sed hec duo inveniuntur in potencia sensuaria, quia sensibile, & sensus in actu efficientiū, & sp̄s sensibilis non recipiūta sensu, nullū cundum suā capacitatē. ergo in potentia sensuā imago Trinitatis inveniuntur: multo igitur magis in mente secundum, quod temporalia cognoscuntur.

**¶** 10 Prat. Metaphorice locutiones in aliquā similitudinē attenduntur, quia secundum Philolophilum oēs transferentes secundum aliquā similitudinem transfruent: sed a quibusdam creaturis sensibilibus magis fit transumptio in diuinā peracticas

QVAEST. X. DE MENTE, ART. VII.

360

*phoricas locutiones, quā etiam ab ipsa mēte, sicut A patet de radio solari per Diony. 4. cap. de Diuinis nominib. ergo creature sensibiles aliquę magis posunt dici ad imaginem, quam ipsa mens, & ita non videtur aliquid impedit quin mens secundū quod temporalis cognoscit ad imaginem sit.*

*¶ 11 Prat. Boetius dicit in lib. de Trinitate quod formae sunt lumen in materia, sunt imagines illarū rerū, quę sunt sine materia: formae autem in materia existentes sunt formae sensibiles. ergo formae sensibiles sunt imagines ipsius Dei. & ita mens secundum, qđ ea cognoscit, videtur ad imaginem Dei esse.*

*SED CONTRA, est qđ Aug. dicit in 15. de Trinitate, quod Trinitas, quæ in inferiori scientia inuenitur, licet ad interiorem hominem iam pertineat, nondum tamen imago Dei appellanda est, vel putanda. Inferior aut̄ scientia est, secundum quod mens temporalia contéplatur, sic enim a sapientia eternoru disinguuntur. ergo imago Trinitatis non attenditur in mente, secundum quod temporalia cognoscit.*

*¶ 12 Prat. Partes imaginis ēm. ordinem debent tribus personis respōdere: sed ordo personarum non inuenitur in mēte ēm quod temporalia cognoscit, in cognitione n. temporalium intelligentia nō procedit ex memoria, vt verbum a patre, sed magis memoria ab intelligentia, quia ea quæ prius intelleximus, memoramus. ergo imago non consistit in mente, secundum quod temporalia cognoscit.*

*¶ 13 Prat. August. dicit 1. de Trinitate, ita distributione mētis, quæ s. diuiditur in contemplationem eternorum, & actionem temporalium, in eo solo quodad contemplationem pertinet eternorum,*

*non solum Trinitas, sed etiam est imago Dei: in hoc autem quod derivatum est in actione temporalium, si etiam Trinitas possit, non tamen imago Dei potest inueniri, & sic idem quod prius.*

*¶ 14 Prat. Imago Trinitatis semper existit in anima, nō autē cognitione rerū temporalium, cum p acquisitionem habeatur, ergo imago Trinitatis nō inuenitur in anima, ēm quod temporalia cognoscit.*

*RESPON. Dicendū, quod rationem imaginis similitudo perficit, non tamen qualibet similitudo ad rationem imaginis sufficiens inuenitur, sed expressissima similitudo, per quam aliquid representatur secundum rationem sua speciei. Et ideo, in corporibus imaginibus rerum attenduntur magis secundum figuram, quæ sunt specierum propria signa, quam secundum colorē, & alia accidentia. Inuenitur autem in anima nostra aliqua similitudo Trinitatis increata secundum qualibet sui cognitionem, non solum mentis, sed etiam sensitivitatis, ut patet per August. 1. de Trinitate, sed in illa tantum cognitione mētis imago Dei reperitur, ēm quam in mente nostra expressior Dei similitudo inuenitur. Ut ergo cognitionem mentis secundū obiecta distinguamus, triplex cognitione in mente nostra inuenitur. Cognitione scilicet qua mens cognoscit Deum, & qua cognoscit seipsum, & qua cognoscit temporalia. In illa cognitione, qua mens temporalia cognoscit, nō inuenitur expressa similitudo Trinitatis increata, neque ēm conformatiōnem, quia res materialis sunt magis Deo dissimiles, quam ipsa mens, unde per hoc quod mens earum scientia informatur, nō efficitur Deo magis conformis, similius neque ēm analogiam, eo quod res temporalis, quæ sui notiū parit in anima, vel intelligentia actualis, non est ciudem substantia cum mente, sed extra-*

*A neum a natura eius, & sic non potest p hoc increta Trinitatis confusibilitas representari. Sed in cognitione, qua mēs nostra cognoscit seipsum, est representatio Trinitatis increata secundum analogiam, inquitum hoc modo mēs cognoscit seipsum, verbū sui gignit, & ex vitroq; procedit amor, sic patet seipsum dicēs, verbum suum genuit ab eterno, & ex vitroq; procedit Spiritus sanctus. Sed in cognitione ipsa qua mens ipsum Deum cognoscit, mens ipsa Deo conformatur sicut oē cognoscit, in quantum huiusmodi assimilatur cognito. Major autem est similitudo, quæ est per conformitatem, vt viuis ad colorem, quam quæ est per analogiam, vt viuis ad intellectum, qui similiter ad sua obiecta comparatur. unde expressior similitudo Trinitatis est in mente secundum quod cognoscit Deum, quam secundum quod cognoscit seipsum. Et ideo proprie imago Trinitatis in mēte est, secundum quod cognoscit Deum primo & principaliter, sed quodammodo & secundario, & secundum quod cognoscit seipsum, & præcipue propter seipsum considerat, vt est imago Dei, vt sic eius consideratio nō sistat in te, sed procedat usque ad Deum. In consideratione vero rerum temporalium nō inuenitur imago, sed similitudo quædam Trinitatis, quæ magis potest ad velutum pertinere, sicut & similitudo, quam Aug. assignat in potentis sensitivis.*

*AD PRIMVM ergo dicendum, quod Trinitas quemad inuenitur in mente, secundum quod le extendet ad actionem temporalium, sed tamen illa Trinitas non dicitur imago increata Trinitatis, vt patet per ea, quæ ibidem August. subiungit.*

*AD SECUNDVM dicendum, quæ qualitas diuinarū platonarum magis representatur in cognitione eternorum, quam temporalium. Non enim attendenda est æqualitas inter obiectum, & potentiam, sed inter unā potentiam, & aliam. quis autē maior sit inæqualitas inter mentem nostram & Deum, quā inter mentem nostram, & rem temporalem, tamen inter memoriam quam mēs nostra haber de Deo & actualē, intelligentiā eius, & amorem, maior inuenitur æqualitas quam inter memoriam quam hēt de rebus temporalibus, & carum intelligentiā, & amorem. Iste enim Deus per seipsum cognoscibilis est, & diligibilis: & ita inā mente vniuersitatisq; intelligitur & amatur, quantum mēti præsens est, cuius præsencia in mente ipsius memoria est in mente, & sic memoria quæ de ipso habetur, intelligentia, & etiam voluntas tue amor adequatur. Res autem materialis non sunt secundum se intelligibles, & diligibilis: & ideo respectu carum talis æqualitas in mente non inuenitur, nec idē ordo originis, cui ex hoc nostra memoria præsentes sint, quod intellectus fuerint a nobis, & sic memoria ex intelligentia oritur potius, quam conuersio, cuius contrarium in mente crea ta accedit respectu ipsius Dei, ex cuius præsencia mens intellectuale lumen percipit, vt intelligere possit.*

*AD TERTIUM dicendum, quæ cognitione quā de rebus materialibus habemus, sit prior tempore illa notitia, quā habemus de Deo, tamē hēc est prior dignitate. Nec obstat quod materialia a nobis pfectius cognoscuntur, quā Deus: quia minima cognitio quæ de Deo haberi potest, superat omnem cognitionem quæ de creatura habetur. Nobilitas et scientia ex nobilitate sciendi depēdet: vt patet in principio primi de Anima: unde & in 9. de Animalibus Philoſophus preponit modicam scientiam quam habemus*

To. 2. & li. 1.  
de partibus  
animalium 9  
c. 5.

dc

QVÆST. X. DE MENTE, ART. VIII.

de cœlestibus rebus, omni sciœtia, quam habemus de rebus inferioribus.

AD QUARTVM dicendum, quod quis potest se extenderat ad oia sua obiecta, in eorum virtus pensatur ex ultimo in quod paret, ut patet in 1. Cocti & Müdi. Et iō id, quod ad maximā perfectionē pertinet potentiarum mētis, sese ad imaginē Dei, attribuitur ei respectu nobilissimi obiecti, quod est Deus.

AD QUINTVM dicendum, quod quāmuis mens perfectius scipiam cognoscat quam Deum: tamen cognitio, quam habet deo, est nobilior, & per eam magis Deo cōformatur, ut dictum est, & ideo secundum ipsam magis est ad Dei imaginem.

AD SEXTVM dicendum, quod quāmuis equalitas ad imaginem pertineat, qua in mēte nostra inuenitur: non tamen oportet quod respectu omnī imago attendatur, respectu quorum aliqua equalitas inuenitur in ipsa, eo quod plura alia ad imaginem requiruntur, unde ratio non sequitur.

AD SEPTIMVM dicendum, quod quāmuis charitas, quæ imaginem perficit, respicit proximum, non tamen sicut principale obiectum, cum eius principale obiectum sit solus Deus. In proximo enim nihil diligat charitas, nisi Deum.

AD OCTAVUM dicendum, quod potest imaginis aliquibus habitibus perficiuntur, secundum et quod cōparantur in Deum, sicut fide, spe, charitate, & sapientia, & alijs huiusmodi. Quāmuis enim in ipsis aeterni error nō inueniatur ex parte ipsorum, potest inicere error nostro intellectui in cognitione eorum, difficultas enim in eis cognoscendis accidit, nō ex eis, sed ex parte nostra, ut dicit secundo Metaph.

AD NONVM dicendum, quod inter sensibile & sensum non inueniatur consubstantialitas, eo quod ipsum sensibile est extraneum a sensuum essentia, nec etiam inueniatur aequalitas, cum quandoq; non semper tantum videretur visibile quāmuis visibile est.

AB x. dicendum, quod creature aliquae irrationalis possunt quadā similitudine magis Deo similari, quam etiam rōnales, quantum ad causandi efficaciam: sicut patet de radio solari, quo oia in inferioribus causantur, & renouantur. Et ex hoc conuenit cura diuina bonitate quæ oia causat, ut dicit Dionysius: tamē secundum proprietates sibi inhārētes magis creatura rōnalis Deo est similis, quā creatura irrationalis quacunq;: hoc tamen quod a creaturis irrationalibus frequētius metaphorica locutiones transferuntur in Deum contingit in rōne diffimilitudinis, quia ut dicit Diony. c. 2. celestis hierar. ea quæ sunt in uilioribus creaturis, ideo frequētius transferuntur in diuina, ut ois errādi tollatur occasio translatio nae creaturis nobilibus fallām estimatio posset inducere, q̄ ea quæ metaphorice dicē rentur, essent fm proprietatem intelligenda, q̄od opinari nullus potest de ipsis vilioribus creaturis.

In li. de Tri. ante media libri.

Parum ante mediū illius

Ca. 4. de diu. nomi. par. 1.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum mens seipsum per essentiam cognoscat, vel per aliquam speciem.

OCTAVO queritur, utrum mēs seipsum p̄ essentiam cognoscat, aut per aliquam speciem. Et vi-

derur, quod per aliquam speciem: quia, ut Philo. p̄us dicit in 3. de Anima, intellectus nihil intelligit sinephantasmate: sed ipsius essentia anima nō potest accipi aliquod phantasma ergo oportet quod per aliquam aliam speciem a phantasmatis abstractam, mens nostra se ipsam intelligat.

¶ 1 Præt. Ea quæ p̄ sui essentiam videtur, cognoscitur certissime, & iēlūntur sine errore: sed de mente humana multi errauerunt, cū quidam dicere can esse aerem, quidam ignem, & multa alia incepta e sentirent, ergo mens nō videretur per essentiam suā. Sed dicendum, quod mens per essentiam suā videtur se esse: errare tamen potest inquiriendo, qd si.

¶ 3 Sed contra, scire aliquid per essentiam suā, est scire de eo quid est, cum essentia rei sit idem, quod quidditas eius. si igitur anima videtur se per essentiam suā, quilibet sine errore scire de anima ita quid est, quod manifeste patet esse falsum.

¶ 4 Præt. Anima nostra est forma cōmūcta materie: sed oīs hīmōi forma cognoscitur per abstrac- nē forma materia, & a materialib⁹ cōditione, ergo aīa cognoscitur p̄ aliquā sp̄ecie abstractam.

¶ 5 Præt. Intelligere nō est actus aīa tā um̄ ad cōiuncti, ut dī in 1. de Aīa, quod in dī lectus intelligit se sicut, & aīa: sed alla intelligi- nō p̄ essentiam suā, sed per aliquas species ergo &c.

¶ 6 Præt. Philosophus dicit in 3. de Aīa, quod in dī lectus intelligit se sicut, & aīa: sed alla intelligi- nō p̄ essentiam suā, sed per aliquas species ergo &c.

¶ 7 Præt. Potentia cognoscendi per actus & actus p̄ obiecta: sed essentia aīa nō potest cognoscit, nisi potentia eius cognitis, cū virtus rei cognoscendi faciat rē ipsam. ergo oportet, quod essentia ita per actus suos, & sp̄es obiectorum suorum cognoscatur.

¶ 8 Præt. Sicut se haber sensus ad sensibile, sic intellegens ad intelligibile: sed inter sensum, & sensibile requiriatur quēdā distāta, ex quo prouent, qd oculi seu scipsum videre nō potest. ergo & in intellectu visione requiriatur quadam distāta, ut numerū se per essentiam suā possit intelligere.

¶ 9 Præt. Secundum Philosophum in 1. Posteriorum est circulo demonstrare: quia sequeretur quod si quid per seipsum notum fieret, & si sequeretur, quod aliquid esset prius, & notius sciplo, quod est impossibile: sed si mens seipsum per essentiam suā videtur, erit idem, quod cognoscitur, & per quod co- gnoscitur. ergo sequitur idem inconveniens, ut quid sit prius, & notius sciplo.

¶ 10 Præt. Diony. dicit 7. cap. de Diuinis nominib⁹, qd aīa circulo quadam cognoscit existentiam veritatis: circulus autē moris est ab eodem in dī, ergo vī quod anima a seipso egredens, intelligit per res exteriorēs ad sū ipsius cognitionem re- K art, & sic nō intelligit sū per essentiam suā.

¶ 11 Præt. Manēt causa mater eius effectus, siq; mēs per essentiam suā se videret, pr̄ opere hoc qd essentia sua sibi est prelens, cum semper sit ei p̄dens, semper eam videret. ergo cū impossibile sit simul plura intelligere, numquam aliud intelligerer.

¶ 12 Præt. Posteriora sunt magis compōnitib⁹: sed intelligere est posterius quam esse: ergo in intelligentia anima inuenitur maior compōnētio, quam in eius esse: sed anima non est idem, qd est, & quo est. ergo necin ea est idem quo meditatur, & quod intelligitur. ergo &c.

¶ 13 Præt.

¶ 13 Præt. Non pōt idē esse forma, & formatū respe  
ctu eiusdē: sed intellectus cū sit qđa potētia aīz, est  
quasi quādā forma essentia eius. ergo non pōt esse  
quod essentia anima sit forma intellectus. ergo &c.

¶ 14 Præt. Aīa est qđā substantia p se existens: forma  
aut intelligibiles nō sunt per se subsistētes, alias sc̄i  
tia q ex hōmōi formis intelligibilibus cōsistit, nō es-  
set de genere accidētis. ergo essentia aīa nō pōt es-  
se, ut forma intelligibilis, qua mens sc̄ipsum videat.

¶ 15 Præt. Cum actus & moīus penes terminos di-  
singuantur, intelligibilia quæ sunt eiusdem specie,  
codem mōdo secundum speciem intelliguntur: sed

anima Petri est vīnus speciei cum anima Pauli. ergo

anima Petri eodem modo intelligit sc̄ipsum &

animam Pauli: sed animam Pauli non intelligit per

eius essentiam, cum sibi sit absens. ergo &c.

¶ 16 Præt. Forma est simplicior eo, quod per for-

matū informatur: sed mens non est simplicior sc̄ip-  
sum, cum ergo informetur eo per quod cognoscit,

non cognoscit sc̄ipsum per sc̄ipsum.

¶ 17 CONTRA est, quod dicit Aug. 9. de Tri. mens

sc̄ipsum per sc̄ipsum nouit, quoniam est incorpore-

nam, si non sc̄ipsum nouit, non sc̄ipsum amat.

¶ 18 Præt. 1. Cor. 1. 2. super illud, Scio hominē & c. glo.

dicit: haec visione quæ dī intellectus, ea cernitur,

qua non sunt corpora, nec vilas gerit formas simi-

les corporum, velut ipsa mens, & omnis anima æf-

ficio: sed vt in eadem glo. dicitur, intellectus vi-

lio casus cernit, que non habent imagines sui simi-

les: que noī sunt quod ipse. ergo mens nō cogno-

scit sc̄ipsum per aliquid, quod nō sit idem quod ipsa.

¶ 19 Præt. Sicut dicitur in 3. de Anima, in his qua-

sunt separata a materia, idem est quod intelligit &

quo intelligitur: sed mens est quadam res immate-

rialis. ergo per essentiam suam intelligit.

¶ 20 Præt. Omne id, quod est præsens intellectui ut

intelligibile, intelligitur ab intellectu: sed ipsa essentia

anima est præsens intellectui per modum intel-

ligibili, est enim præsens per suā veritatem. ergo ue-

ritas est ratio intelligendi, sicut bonitas est ratio dili-

gendi. ergo mens per essentiam suam se intelligit.

¶ 21 Præt. Spēs p quā intelligit, est simplicior eo, qđ

p ea intelligit: sed aīa non hēt aliquā speciem se sim-

plificare quæ ab ea abstrahi possit. ergo aīa nō in-

telligit se per aliquā speciem: sed per essentiam suam.

¶ 22 Præt. Ois sc̄ientia est p assimilationē sc̄ientis ad sc̄i-

tū: sed nihil est aliud aīa similius, quā sua essentia. et

go p nihil aliud se intelligit, quā sua essentia.

¶ 23 Præt. Illud, quod est causa causabilitatis alijs, nō

cognoscitur per aliquod aliud, quam per sc̄ipsum:

sed anima est alijs rebus materialibus causa cogno-

scibilitatis. Sūt enim intelligibilia inquātum nos ea

intelligibilia facimus, vt Commen. dicit in 2. Meta.

ergo anima se per sc̄ipsum solum intelligit.

¶ 24 Præt. Scientia de anima est certissima secundum

Philosophum in 1. de Anima: sed magis certum nō

cognoscitur per minus certum. ergo de anima nō

habetur scientia per aliquid aliud a sc̄ipsum.

¶ 25 Præt. Omnis species per quam anima nostra in-

telligit, est a sensibilibus abstracta: sed nullum sensi-

bile est, a quo anima potest suā quidditatem vel

speciem abstrahere. ergo anima non cognoscit sc̄ipsum per aliquam similitudinem.

¶ 26 Præt. Sicut lux corporalis facit esse oīa visibi-

lia in actu, ita anima per suā lucem facit oīa mate-

rialia esse intelligibilia actu, ut patet in 3. de Aīa: sed

lux corporalis per sc̄ipsum uidetur, nō per aliquam

A similitudinem sui. ergo & anima per suā essentiam  
intelligitur, non per aliquam similitudinem.

¶ 27 Præt. Sicut Philo. dicit in 3. de Aīa, intellectus  
ages nō aliqñ qđe intelligit, aliqñ nō, sed semper intel-  
ligit: sed nō intelligit semper nisi sc̄ipsum, nec hoc ēt  
possit si p spēm a sensib⁹ abstractam se intellige-  
ret, quia sic ante abstractionem non se intelligeret.  
ergo mens nostra intelligit se per essentiam suam.

RESPON. Dicendum, q̄ cum queritur, vtrum ali-  
art. 12.

V NDECIMO queritur, vtrum mens in statu via possit videre Deum per essentiam, & videtur quod sic: quia Num. 12. dicitur de Moyse, ore ad os loquor ei, palam & nō per enigmata videt Deum: sed hoc est videre Deum per essentiam. ergo &c.

¶ 2 Prat. Super illud Exod. 33. non videbit ne homo, & viuet, dicit Gl. Greg. quod quibusdam in hac carne viuentibus, sed inestimabili virtute crescentibus, contemplacionis acumine potest aeterni Dei claritas videri: claritas autem Dei est eius essentia, vt in eadem Glo. dicitur. ergo &c.

¶ 3 Prat. Christus habebat intellectum eiusdem natura, sicut nos habemus: sed status via non impidebat intellectum, quin Deum per essentiam vide-re posset. ergo nec nos.

¶ 4 Prat. Deus in statu via intellegibili visione cognoscit, vnde Rom. 1. inuisibilia Dei &c. sed intellegibili visio est per quam res in seip̄s videntur, vt Aug. dicit 12. super Gene. ad literam. ergo &c.

¶ 5 Prat. Philo. dicit in 3. de Anima, quod anima nostra quoddammodo est omnia, quia sensus est quodammodo omnia sensibilia & intellectus omnia intelligibilia: sed maxime intelligibile est diuina essentia. igitur intellectus noster secundum statum via secundum quem Philos loquitur, Deum per essentiam videre potest: sicut & sensus noster potest omnia sensibilia sentire.

¶ 6 Prat. Sicut in Deo est immensa bonitas, ita & immensa veritas: sed diuina bonitas quāmū sit immensa, potest a nobis immediate diligi in statu via. ergo veritas essentiae eius potest immediate in statu via videri.

¶ 7 Prat. Intellectus noster ad hoc factus est, ut Deū videat: si ergo in statu via uideri non potest, hoc non est nisi propter aliquod uelamen. Quod quidē est duplex, culpa, & creatura. Culpa quidē uelamen in statu innocentie non erat, & nunc etiā a sanctis removet 1. Cor. 13. nos autē reuelata facie &c. Creatura vero uelamen, ut videntur, diuina essentiae uisionem impeditre non potest: quia Deus est interior menti nostrae, quam aliqua creatura ergo in statu via Deum per essentiam uidet mens nostra.

¶ 8 Prat. Omne qđ est ī altero, est in eo p̄ modū recipiēt, sed Deus est ī mēno nostra p̄ essentiā. Cū igit̄ modus mentis nostrae sit intelligibilitas ipsa, vñ p̄ essentia diuina sit in mente ut intelligibilis. ergo &c.

¶ 9 Prat. Cassiodorus dicit claritatē illam inaccessibilē sanitas mentis humanae intelligi: sed mens nostra sanatur per gratiam. ergo ab habente gratiam in statu via uideri potest essentia diuina, quae est inaccessibilis claritas.

¶ 10 Prat. Sicut ens quod de omnibus prædicatur, est primum in communitate, ita ens a quo oīa cau-santur, est primum in causalitate, scilicet Deus: sed ens quod est primum in communitate, est prima cōceptio nostri intellectus in statu via. ergo & ens quod est primum in causalitate, statim per essentiam suam in statu via cognoscere possumus.

¶ 11 Prat. Ad uisionē requiritur uidens & uisum, & int̄ēto: sed hec tria in mēno nostra uenientur respe-ctu eiusētē diuina, ipsa n. mens nostra naturaliter est eiusētē diuina uisua, utpote ad hoc facta essentia ēt diuina adest p̄ficiatler mēti nostra: int̄ēto ēt non deficit, quia qñ cūq; mens nostra ad creaturā con-

Quæst. disp. S. Tho. ZZ 4 uerti.

QVAEST. X. DE MENTE; ART. II.

vertitur, convertitur etiam ad Deum cum creatura  
sit Dei similitudo. ergo &c.

**Cap. 25. pa-**  
**rum a. med.**  
**com. i.**

¶ 12 Præt. Aug. dicit 12. confessio ambo videmus esse  
qd dicis, & ambo videmus verū esse qd dico, vbi  
quaeso videmus? nec ego vici; in re, nec tu in me:  
sed ambo in ipsa q supra mentes nostras est, in comu-  
tabili veritate: sed incomutabilis veritas est divina  
essentia, in qua nō pōt aliquid videri nisi ip̄a videa-  
tur. ergo in statu viae essentiam diuinam videntur.

¶ 13 Præt. Veritas in quantum huiusmodi, est co-  
gnoscibilis. ergo summa veritas summe cognoscibilis: hæc autem est essentia diuina. ergo &c.

¶ 14 Præt. Gen. 32. dicitur. Vidi dominum facie ad

faciem. facies Dei forma est, in qua filius non rapi-  
nam arbitratuſ est esse se equalē Deo, sicut ex qua-

dam gl̄ habetur: sed si forma est diuina essentia. er-

go Iacob in statu viae Deum per essentiam vidit.

SED CONTRA 1. Tim. vlt. Lucē habitat inaccessibili-

que, quam nemo hominū vidit nec videre potest.

¶ 15 Præt. Exod. 33. Non videbit me homo & videntur.

**Glo. or. ibi.**  
**ex Gregor.**

glo. Grego. in hac carne viuentibus videri potuit

Deus per circumscriptas imagines, & videri non po-

tuit per circumscriptum lumen æternitatis: hoc

autem lumen est diuina essentia. ergo &c.

¶ 16 Præt. Intellectus noster intelligit, cum cōtinuo

& tempore, vt Philo. dicit in 3. de Anima: sed esen-

tia excedit continuum omne & tempus. ergo &c.

¶ 17 Præt. Plus distat essentia diuina a dono eius quā

actus primus ab actu secundo: sed quādoque ex hoc

quod aliquis videt Deum per donū intellectus aut

sapientia in cōtemplatione anima separat a corpore,

quantuſ ad operationes sensus, q̄ sunt actus secundi.

ergo si video Deum per essentiam, oportet qd separat

a corpore, etiā prout est actus corporis primus: sed

hoc non est quādū homo in statu viae existit. ergo

per essentiam nullus in statu viae Dei videre potest.

RESPON. Dicendum, quod aliqua actio potest  
aliqui convenire dupliciter. Vno modo sic, quod  
illius actionis principium sit in operante, sicut in  
omnibus naturalibus operantibus videmus. Alio  
modo sic, quod principium operationis illius, vel  
motus sit a principio extrinseco, sicut est in moti-  
bus violentis, & sicut est in operibus miraculosis,  
que nō sunt nisi virtute diuina, vt illuminatio ceci-  
sus, suscitatio mortui & h̄mōi: metu: igitur nostra in sta-  
tu viae non pōt cōvenire visio Dei per essentiam se-  
cundū primum modū. Mens nō nostra naturali co-  
gnitionephantam respicit quā obiecta, a quib-  
us species intelligibilis accipit, vt dī in 3. de Ani-  
ma: vnde omne, quod intelligit secundū statum viae,  
intelligit per species aphantasmatis abstractas.  
Nulla autē species h̄mōi sufficiens est ad repræsen-  
tandā diuinam essentiam, vel ē cuicunque alterius  
essentię separata, cum quidditatē rerum sensibiliū,  
quarū similitudines sunt intelligibiles species a phan-  
tasmatisbus abstractis, sint alterius rationis ap̄ esen-  
tiaſ subtanciarum immaterialium creatarū, & mul-  
to magis ab essentiā diuina. Vnde mens nostra natu-  
rali cognitione, quam in statu viae experimū, nec  
Deum nec angelos per essentiam videre potest an-  
geli ramen per essentiam, videri possunt per quādū  
species intelligibilis ab eorum essentiā differentes,  
non autem essentiā diuina, quā omne genus exce-  
dit, & est extra omne genus, vt sic nulla species crea-  
ta possit inueniri sufficiens ad eam repræsenādam,  
vnde oportet, quod si Deus per essentiam videri  
debeat, quod per nullam creataram speciem videa-

F tur: sed ipsa ejus essentia fiat intelligibilis forma in-  
tellectus eū videntis. Quod fieri nō pōt nisi ad hoc  
intellectus creatus p̄ lumē gloriae disponat, & sic in  
luminis pertingit mens ad terminū viae, quæ est glo-  
ria, & sic non est in via. sicut aut̄ diuinæ omnipot-  
tie subiecta sunt corpora, ita & mentes, unde sicut  
pōt aliqua corpora p̄ducere ad effectus, quoniam dis-  
positio in p̄dictis corporibus nō inuenit, sicut p̄ trū  
trū fecit super aquas ambulare sine hoc qd ei do-  
agit, his tribueret, ita pōt mentē ad hoc p̄ducere,  
vt diuinæ essentia vniat in statu viae modo illo, quo  
vñi fībi in patria, sine hoc qd a lumine gloriae per-  
fundat. Cum aut̄ hoc cōtingit, oportet, qd mens ab  
illo modo cognitionis desistat, quo aphantasmati-  
bus abstrahit. sicut ē corpus corruptibile, cum ei  
miraculose dā agilitatis actus, non est sicut in actu  
gratitatis, & iō illi, qbus hoc modo Deū per essentiam  
videre dā, omnino ab actibus, sensu abstrahit, ut  
vit tota aīa colligat ad diuinā essentiam inuenientia: unde  
et capi dīr̄ quasi vi superioris nature abstrahit  
ab eo, qd ē sū naturam competrere. Sic ergo ē  
communem causam nullus in statu viae Deū per  
essentiam videt: & si aliquibus hoc miraculole con-  
cedatur, ut Deū per essentiam videant, nondum  
animā a carne mortalī rotulat separata, non tam  
sunt totaliter in statu viae ex quo actibus sensu  
carent quibus in statu mortalī uite utimur.

H AD PRIMVM ergo dicendum, quod secundū  
Aug. 12. super Gen. ad literam, & ad Paulinam de iū-  
dicio Deū, ex verbis illis Moys. ostendit Deū  
per essentiam vidisti in quadam rapu, sicut & de  
Paulo dicitur 2. Cor. 1. vt in hoc ludorum legi-  
& doctor gentium æquarentur.

AD SECUNDVM dicendū, qd Greg. loquuntur de his  
acutissime cōtemplicationis ad hoc cōcūt, qd diuinā  
essentiā in rapu videant, unde subiungit, qd sapien-  
tiā, quæ Deus est, videt, huic uite funditus moratur.

AD TERTIUM dicendū, qd in Chro hoc fulig-  
lare vt esset simul uiator & cōprehensor, qd cō-  
tebat ex hoc qd erat Deus & homo: unde in eis  
potestate erant oīa, quæ ad humānā natūrā sp̄-  
bant, ut ynaquevis aīa & corporis efficien-  
tia quod ipsa dīspōnebat, vnde nec dolor corporis  
cōtemplicationem mēris impeditabat: nec frumentis,  
dolorem corporis minuebat, & sic intel-  
lius eius luce gloria illustratus Deū per essentiam in-  
debat, vt inde ad inferiores partes gloria ē deriva-  
ret, & sic simul erat uiator & cōprehensor, quod de  
alijs dīci nō pōt, qd ex superioribus viriis redi-  
dat de necessitate calqd̄ in inferiores, & a passionibus  
vehementibus inferiorū viriū superiores trahuntur.

AD QUARTVM dicendū, qd intellectus videntur in  
statu viae Deus cognoscitur, non vt sciatur de eo  
quid est, sed quid non est, & quantum ad hoc est  
essentiā cognoscimus, tam super omnia colloca-  
intelligentes, quāmuis talis cognitio per aliquas li-  
mititudines fiat, uerbum autem Augustini eten-  
dum est id, quod cognoscit, non ad id quo co-  
gnoscitur, ut ex super. artibus questionibus patet.

AD QUINTVM dicendū, quod intellectus nōler-

etiam in statu viae diuinam essentiam aliquo modo  
cognoscere potest, non ut sciat de ea quid est, sed  
solum quid non est.

AD SEXTVM dicendū, qd nos possimus diligere

Deū immediate nullo alio p̄dilecto, quāmuis quādū

ex aliquorū uisibilium amore in inuisibiliā rapu-

**Philof. 3. de**  
**anima. com.**  
**39. tom. 2.**

**A**mur non autē possumus in viē statu Deum imme-  
diatē cognoscere nullo alio præcognito: cuius rō  
et, qui cum affectus ad intellectū sequatur, vbi  
terminat operatio intellectus; ibi incipit operatio  
affectus. Intellectus autem ex affectibus in causa p  
cedens tandem pertinet in ipsius Dei cognitionē  
aliqualem, cognoscere ea, quid non est, & sic  
affectus fertur in id, quod ei per intellectū offer-  
tur, sine hoc, quod necesse habeat redire per om-  
nia media per quā intellectus transiuit.

**B**AD SEPTIMVM dicendum, qd quāmis intellectus  
nostris sit factus ad hoc, qd videat Deū, non tamen  
in naturali sua virtute Deum videre possit, sed plu-  
mē glorie fibi infusum. Et ideo omni velamine re-  
moto nōdū oportet, quod intellectus Deum p ei-  
ficiā videat si lumine glorie non illustretur: ipsa n.  
carēa gloria, erit diuinē visionis impedimentum.

**C**AD OCTAVVM dicendum, quod mens nostra cū in-  
telligibilitate quam habet, ut proprium quoddā, &  
cū alijs cōmunitatē habet esse, vnde quāmis in ea  
sit Deus, non oportet, quod semper sit in ea, vt for-  
ma intelligibilis, fed vi dās esse, sicut est in alijs crea-  
tūris. Quāmis autem creaturis omnibus cōiteret  
esse, tamen cūlibet creaturā dat propriū modū  
essendi: & sic etiam quantum ad hoc, quod est in  
omnib⁹ per essentiam præsentiam, & potentiam,  
inueniēt esse diuerſimode in diuersis, & in uno-  
quaque lecundum propriū modū eius.

**D**AD NONYM dicendum qd duplex est sanitas men-  
tis, vna qua sanatur a culpa per gratiam fidei, & hac  
sanitas facit videre illam inaccessibilem claritatem in  
speculo, & in engmatice. Alia est ab omni culpa, &  
peccata, & miseria, quā est per gloriam, & hac sanita-  
tas facit videre Deum facie ad faciem. Quā duæ vi-  
siones distinguuntur. i. Corinth. 13. vbi dicitur. Vi-  
demus nunc per speculum &c.

**E**AD X. dicendum, qd ens, quod est primū per cō-  
munitatem, cum sit idem per essentiā rei cuiuslibet,  
nullius proportionem excedit. & ideo in cognitione  
ne cuiuslibet rei ipsum cognoscitur, fed ens, quod est  
primū causalitate excedit, impropotionaliter oēs  
alias res, vnde per nullius alterius cognitionē suffi-  
cienter cognosci pot, & ideo in statu via, in quo per  
h̄s a rebus abstractas intelligimus, cognoscimus  
enī communē sufficiēter, non autē in creaturā.

**F**AD XI. dicendum, qd quāmis diuina essentia sit  
præsens intellectū nostro, non est tamen ei con-  
iuncta, vt forma intelligibilis, quam intelligere pos-  
sit quadri lumine gloria nō perficitur. ipsa enim  
mens non habet facultatem videnti Deum per es-  
sentiam antequam prædicto lumine illustretur. Et  
sic deficit, & vidēnti facultas, & visibilis præsentia.  
Intenſio etiam non semper adest, quāmis enim in  
creatura inueniatur aliqua creatoris similitudo, nō  
tamen quandocumque ad creaturam conueni-  
tur, conueniuntur ad eum, vt est similitudo crea-  
toris, vnde non oportet, quod semper intenſio  
nostra feratur ad Deum.

**G**AD XII. dicendum, qd sicut dicit glossa super illud  
Pſalm. 14. Dīmōtē sunt veritatis &c. ab una incre-  
ta veritate multa creaturæ veritates in mētibus huma-  
nis imprimuntur, sicut ab una facie multæ facies re-  
sultant in speculis diuersis, vel uno frasto. Secundū  
ergo hoc, nos in veritate increata aliiquid videre di-  
cimur, fm quod per eius similitudinem in mente  
nostra refūlantē de alicuius iudicamus, vt cum per  
principia per se nota iudicamus de conclusioni-

bus, vnde non oportet quod ipsa increata veritas a  
nobis per essentiam videatur.

**H**AD XIII. dicendum, quod summa veritas, quantū  
est in se, est summæ cognoscibilis, sed ex parte  
nostrae contingit quod est minus cognoscibilis no-  
bis, sicut patet per Philosophum 2. Metr.

Com. i. 2.

**I**AD XIII. dicendum, quod auctoritas illa dupli-  
citer exponit in glossā, uno modo vt intelligatur de  
visione imaginaria, vnde dicit interlinearis. Vidē do-  
minus facie ad faciē: nō quod Deus videri possit,  
sed formā vidi in qua Deus ei locutus est. Alio mo-  
do exponit in glossā Gregorius de visione intellectua  
li qua sancti diuina veritate in contemplatione intruc-  
tur, dū non quidem sciēdo de ea, quid est, sed magis

qd non est, vnde dicit ibidem Gregorius, veritatē sermē  
do videt, qd quanta est ipsa veritas non videt, cui tan-  
to se longe & stimat, quād appropinquat, qd nisi illa  
lam vicinque conficeret, non eam conficerere se  
non posse tentaret. Et post pauca subiungit, haec ip-  
sa per contemplationem facta, non solida, & perma-  
nēns visio, sed quasi quedam visionis imitatio, facies  
Dei dicitur. Quia enim per faciem quemlibet agno  
scimus, cognitionem Dei faciem vocamus.

#### ARTICVLVS XII.

**C**VTRUM Deum esse sit per se notum menti humanae, sicut  
prima principia demonstrationis, que non  
possunt cogitari non esse.

**D**IX. VODECIMO queritur, vtrum Deum esse sit per  
se notum menti humanae, sicut prima princi-  
pia demonstrationis, que non possunt cogitari nō  
esse. Et videtur quod sic. Ille enim sunt nobis per se  
nota, quorum cognitio naturaliter est nobis indis-  
ta sed cognitio existendi Deum omnibus naturaliter  
est inferta, vt dicit Damasc. ergo &c.

**E**¶ Præt. Deus est quo minus cogitari non potest, ut  
Anselm. dicit: sed illud quod potest cogitari non esse,  
est minus illo, quod non potest cogitari non esse.  
ergo Deus non potest cogitari non esse.

**F**¶ 3. Præt. Deus est ipsa ueritas, sed nullus pōt cogita  
re ueritatem non esse, galil pōt non esse, sicut ueritatem  
si enim ueritas non est, uerum est, ueritatem non  
esse; ergo nullus potest cogitare Deum non esse.

**G**¶ 4. Præt. Deus est ipsum esse suum: sed non pōt co  
gitari quin idē de se prædicetur, ut quod homo nō  
sit homo ergo nō potest cogitari Deum non esse.

**H**¶ 5. Præt. Omnia desiderant summum bonum. ut  
Boetius dicit: summum autem bonum solus Deus  
est. ergo omnia desiderant Deum: sed non potest  
desiderari quod non cognoscitur. ergo & immu-  
nis cōceptio est Deum esse, & sic idem quod prius.

**I**¶ 6. Præt. Veritas prīma præcellit omnem ueritatem  
creatam: sed aliqua ueritas creata est adeo euidentis,  
quod non potest cogitari non esse, sicut ueritas p  
ositionis huius, quod affirmatio, & negatio non  
sunt simul uera. ergo multo minus potest cogitari  
ueritatem increatam non esse, quā Deus est.

**J**¶ 7. Præt. Veritas est habet Deus, quam anima hu-  
mana: sed anima non potest cogitare se non esse.  
ergo multo minus potest cogitare Deum nō esse.

**K**¶ 8. Præt. Oē quod est, prius fuit uerum ē futurum:  
sed ueritas est, ergo prius fuit uerum ē futurā non  
autē nisi ueritas, ergo non potest cogitari quin ue-  
ritas semp fuerit, sed Deus est ueritas. ergo, &c. Sed  
dicendum, quod in processu est fallacia, fm quid  
& simpli.

QVAEST. X. DE MENTE, ART. XII.

& simpliciter, quia ueritatem futuram esse antequā estet, non dicit aliquam ueritatem simpliciter: sed tantum secundum quid, & sic non potest concludi simpliciter ueritatem esse.

¶ 9 Sed contra, Omne uerum secundum quid reductum ad aliquod uerum simpliciter: sicut omne imperfictum ad aliquod perfectum, si igitur ueritatem futuram esse, est futurum secundum quid, oportebit aliiquid esse uerum simpliciter, & sic simpliciter erat uerum dicere ueritatem esse.

¶ 10 Præt. Nomen Dei proprium est, qui est, ut patet Exod. 3, sed non potest cogitari ens non esse. ergo nec potest cogitari Deum non esse.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 13. Dixit insipiens in corde suo &c. Sed dicendum quod Deum esse, in habitu mentis est per se notum: sed actu potest cogitari non esse.

¶ 2 Sed contra, de his quæ naturali habitu cognoscuntur, non potest contrarium astimari secundum interiorē rationē, sicut sunt prima principia demonstrationis. si ergo contrarium huius quod est, Deum esse, potest astimari in actu, Deum esse, non esset per se notum.

¶ 3 Item illa quæ sunt nota per se, cognoscuntur sine aliqua deductione a causatis in causas: statim enim cognitis terminis cognoscuntur, ut dicitur 1. Posterior. sed Deum esse non cognoscimus, nisi inspic̄ō edo effectum eius, Rom. 1. inuisibilitas Dei, &c. ergo Deum esse, non potest esse per se notum.

¶ 4 Præt. Non potest fieri de aliquo ipsum esse, nisi quid ipsum sit, cognoscatur: sed de Deo in p̄sentia statu nō possumus cognoscere quid est, ergo eius esse nō est nobis notum. ergo nec Deum est, est per se notum.

¶ 5 Præt. Deum esse est articulus fidei: sed articulus est quod fides suggestit, & ratio contradicit: sed cui ratio contradicit, non est per se notum. ergo &c.

¶ 6 Præt. Nihil est homini certius sua fide, ut dicit August. sed de his quæ sunt fidei, dubitatio potest oriiri, & de quibuslibet alijs, & sic potest cogitari Deum non esse.

¶ 7 Præt. Cognitio Dei ad sapientiam pertinet: sed non omnes habent sapientiam. ergo non omnibus notum est Deum esse.

Lib. I. cap. 2. ¶ 8 Præt. Aug. dicit in lib. de Trinitate, quod summum bonum purgatissimis mentibus cernitur: sed non omnes habent purgatissimas mentes. ergo &c.

¶ 9 Præt. Inter quacunque distinguit ratio, unum potest sine altero cogitari, sicut Deum esse possumus cogitare, sine eo, quod cogitemus eum esse bonum, ut dicit Boetius de Hebd. sed in Deo differit ratione et, & essentia, ergo idem quod prius.

¶ 10 Præt. Idem est Deum esse Deum, quod est illum: sed multi opinantur Deum non esse illum, qui dicunt Deo placere mala. ergo &c.

RESPON. Dicendum, quod circa hanc q̄onem inuenitur triplex opinio. Quidam enim dixerunt, ut Rabbi Moyses narrat, quod Deum est nō est per se notum, nec ē per demonstrationem scirum: sed est tantum a fide suscep̄tum. Et ad hoc dicendum induxit eos debilitas rationum, quas multi inducunt ad probandum Deum ē. Alij dixerunt, ut Auct. quod Deum esse, non est per se notum: sed per demonstrationem scirum. Alij vero, ut Ansel. opinantur, quod Deum esse sit per se notum in tātum, ut nullus possit cogitare interius Deum non esse: quis hoc possit exterius proferre, & verba quibus profert cogitare interius. Prima opinio manifeste falsa apparet. Inue-

F. nitur enim hoc, quid est Deum esse, rationibus irrefragabilibus etiā a Philosophis probati: quānus etiā a nonnullis ad hoc ostendendum rōnes fruſtare inducantur. Duarū vero opinionum sequentia viraque secundum aliiquid vera est. Est enim duplēciter aliiquid per se notum. s. secundum se, & quo ad nos. Deum igitur esse, secundum se est per se notum, non autem quo ad nos: & ideo nobis necessarium est, ad hoc cognoscendum, demonstrationes habere ex effectibus sumpras. Et hoc quidem sic apparet. Ad hoc enim, quod aliquid sit per se notum, nihil aliud requiritur, nisi vt prædicatum sit de ratione subiectū: tunc enim subiectum cognati nō potest sine hoc, quod prædicatum libi inesse apparere. Ad hoc autem, quod sit per se notum nobis, oportet quod nobis sit cognita rō subiectū, in qua concluditur prædicatum. Et inde est, quod quādā per se nota sunt omnibus, quando scilicet propositiones habent talia subiecta, quorum rō omnibus nota est, ut omne totum maius est tua pars. Quādā vero sunt per se nota sapiētibus tantum, qui rōes terminorum cognoscunt, vulgo eas ignorante. Et sī hoc Boetius in lib. de Hebd. dicit, quid duplex est modus communium conceptionis. Vnde etiā communis omnibus, ut si ab æqualibus a qualibet demissione qualia manent quæ restant, inter se. Aliu est, qui est doctorum tantum, ut in corporali in loco est: quā non vulgus, sed docti comprobant, quia scilicet vulgi consideratio imaginatio transference nō potest, ut ad rōnem rei in corporali pertinet: hoc autem quod est esse in nullus creatura rōne perfecte includitur, cuiuslibet enim creaturæ esse est aliud ab eius quidditate: vnde non potest dici de aliqua creatura, quod eam esse sit per se notum, & fī me. Sed in Deo esse sūi in cluditur in his quidditatibus rōnē, quia in Deo id est, quid est, & est, ut dicit Boet. & Diöry. & idem el. in el. & ib. quid est, ut dicit Boet. & Diöry. & idem el. & secundum se, est notum. Sed quia quidditas Dei non est nobis nota, ideo quo ad nos Deum esse, nō est per se notum: sed indiger demonstratione. Sed in patribus est sententia eius videbimus, multo amplius est nobis per se notum Deum esse, quam nunc sit per se notum, quod affirmatio, & negatio non sunt simili. quia igitur viraque pars quantum ad aliiquid respondeat, ad utrāque rationes respondendum est.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cognitio exīs di Deum dicitur omnibus naturaliter inferata: quia omnibus naturaliter infertur est aliud, vnde potest peruenire ad cognoscendum Deum esse.

AD SECUNDUM dicendum, quod illa procederet, si esset ex parte ipsius, quod non esset per se notum: nunc autem quod potest cogitari non esse, est ex parte nostra, qui sumus deficientes ad cognoscendum. K ea, quæ sunt in se notissima, vnde hoc quod Deus potest cogitari, non esse, non impedit, quin etiam sit quo maius cogitari non possit.

AD TERTIUM dicendum, quod veritas supra eos fundatur, vnde sicut ens esse in cōi est per se notum ita etiam ueritatem esse: non autem est per se notum nobis esse aliud primum ens, quod sit causa omnis entis quoque hoc, vel fides accepit, vel demonstratio probet. vnde nec est per se notum ueritatem omnium a ueritate prima esse, vnde non sequitur, quod Deum esse sit per se notum.

AD QUARTUM dicendum, quod illa procederet, si nobis

In lib. an oē  
q̄d est, horū  
fir, inter me  
alia & sūc.

x. Met. nō re  
mote a priu.

nobis esset p se noti, quod deitas sit esse Dei, quod quidem nunc nobis non est notum per se, cū Deū per essentiam nō videamus; sed indigenus ad hoc tenendum vel demonstratione, vel fidei.

**A**D QUINTUM dicendū, q̄ summum bonum desideratur dupliciter. Vno modo, in sua essentia; & sic non omnia desiderant summum bonum. Alio mō insuſimilitudine, & sic omnia desiderat summum bonum, quia nihil est desiderabile, nisi in quantum in eo similitudo summi boni innenitur: unde ex hoc non potest haberi, quod Deū est, qui est sumum bonum per essentiam, si per se notum.

**A**D SEXTUM dicendum, q̄ quamvis veritas increta excedat omnē veritatis creatā, nihil tamen prohibet, veritatem creata esse nobis magis notam, quā in creatam. Et enī quia sunt in multitudine sc̄ nota sunt magis quo ad nos, secundum Philosophum.

**A**D SEPTIMUM dicendū, q̄ cogitari aliquid nō est pōt intelligi dupliciter. Vno mō, ut haec duo simul in apprehensione cadat, & sic nihil prohibet, qd̄ quis cogitet se nō esse, sicut cogitari se aliquando nō fuisse. Sic autem nō potest totum simul in apprehensione cadere aliquid esse totum, & minus p̄ pria parte, q̄ a vnum eorum excludit alterum. Alio mō, ita quod huius apprehensioni assensu adhibetur, & sic nullus pōt cogitare se non esse cum aliena hoc n. quod cogitat aliquid, percipit se esse.

**A**D OCTAVUM dicendū, q̄ illud, quod nunc est verum fuisse prius esse futurū, nō oportet, nisi suppositio, qd̄ aliquid tunc fuerit, quādō d̄ hoc fuisse futurum. Sed si ponamus p̄ impossibile aliquando nihil fuisse, tunc tali positione facta nihil est verum nisi materialiter tātum: materia non veritatis nō solum est esse, sed etiā nō esse, quia de ente, & nō enre contingit verum dicere. Et sic nō sequitur, qd̄ veritas tunc fuerit, nisi materialiter, & secundum qd̄.

**A**D NONUM dicendum, q̄ id quod est verum fm̄ quid, reducat ad verū, vel veritatē simpliciter, necessarium est supposito veritatis esse, non autē alterius. Ad x. dicendum, q̄ quāmuis nomen Dei sit, qui est, non tamen hoc est per se notum nobis, vnde ratione non sequitur.

**A**D PRIMUM in cōtrarium dicendum, q̄ Anselm, in prolo. ita exponit, qd̄ insipiens intelligatur dixisse in corde nō est Deus, inquit, hac verba cogitauit, non q̄ hoc interior rōne cogitare potuerit. Ad SECUNDUM, q̄ eodē mō quo ad habitum, & aliud est per se notum, & non per se notum.

**A**D TERTIUM dicendum, q̄ hoc est ex defectu cognitionis nostrae, qd̄ Deum cognoscere nō possumus, nisi ex effectibus, vnde per hoc non excluditur, quin secundum se sit per se notum.

**A**D QVARTUM dicendū, q̄ ad hoc, qd̄ cognoscā aliquid esse, nō oportet, qd̄ sciatur de eo, quid sit p definitionem, sed quid significetur per nomen.

**A**D QUINTUM dicēdū, qd̄ Deum esse nō est articulus fidei, sed præcedens articulum fidei, nisi cum hoc, quod est Deum esse aliquid aliud co-intelligatur, ipote quod habet unitatem essentiae cum Trinitate personarum, & alia huiusmodi.

**A**D SEXTUM dicēdū, q̄ illa qua sunt fidei, certissime cognoscuntur fm̄, quod certitudo importat firmitatem adhæsionis. Nulli n. credens firmius adherer quā his, quae per fidem tenet, nō autē cognoscunt certissime, secundum quod certitudo quietationem intellectus in re cognita importat, quod enim credes assentias his quā credit, non prouenit

**A** ex hoc quod intellectus eius sit terminatus ad credibilis virtute aliquorum principiorum, sed ex voluntate quae inclinat intellectum ad hoc quod illis creditis assentias. Erinde est quod in his, quae sunt fidei, potest morus dubitationis insurgere in credente.

**A**D SEPTIMUM dicēdū, quod sapientia nō consistit in hoc solum quod cognoscitur Deū ē, sed in hoc qd̄ accedimus ad cognoscēdū de eo qd̄ est: qd̄ qd̄ ē statu via cognoscere non possumus, nisi in quantum de eo cognoscimus, quid nō est. Quinsecit aliqd prout est ab oībus alijs distinctum, approximatur cognitioni qua cognoscitur quid est, & de hac ē cognitione intelligitur auctoritas Aug. cōter inducta. Vnde pater responsio ad OCTAVUM.

**A**D NONUM dicēdū, quod ea qua sunt a rōne distracta, nō semp pōt cogitari ab inuidē separata esse, quis separatim cogitari pōt. Quāuis n. Deus cogitari possit sine hoc quod eius bonitas cogiteatur, non in pōt cogitari, quod sit Dens & nō sit bonus, vnde licet in Deo distinguantur quod est, & ē rōne, non tamē sequitur quod posuit cogitari nō est.

**A**D X. dicēdū, quod Deus nō solum cognoscit in effectu iustitiae, sed ē in alijs suis effectibus. vnde dico quod ab aliquo nō cognoscatur ut iustus, nō sequitur q̄ nō modo cognoscatur. Nec pōt ē q̄ nullus eius effectus cognoscatur, cum eius effectus sit ens cōmune, quod incognitum esse non potest.

## ARTICVLVS XIII.

Veritas per naturalem rationem possit cognosci  
Technicas personarum.

**T**ERTIO DECIMO queritur, veritas per naturālē rōnēm posuit cognosci Trinitas personarum. z. p. q. 2. 2. 2. 2.  
Et vī quod sic per id, quod dicitur Rom. I. Invisibilitas Dei &c. glossa inuisibilitas refertur ad personam patris: sempiterna virtus, ad personam filij, diuinitas ad personam Spiritus sancti. ergo &c.

**P**raet. Naturali cognitione cognoscitur qd̄ in Deo est potentia pfectissima, & torius potentia origo. ergo oportet ei primā potentiam attribuere: prima autē potentia est generatiua. ergo fm̄ naturalē rōnēm possumus scire quod in Deo est potētia generatiua: sed ipsa posta in diuinis de necessitate sequitur distinctio personarum. ergo naturali cognitione possumus cognoscere distinctionē psonarum. quod autē potentia generatiua sit potētia prima, sic probatur, secundum ordinem operationum est ordinē potentiarum: sed inter oīs operationes prima est intelligere, qd̄ agens p̄ intellectum probatur ē primū, & in eo intelligere secundum modum intelligendi prius est quam velle & agere, ergo intellectua potentia est prima potentiarum: sed potentia intellectua est potentia generatiua, quia omnis intellectus gignit sui notitiam in seipso. ergo &c.

**¶** Item, Omne æquiuocum reducitur ad vniuocum, sicut multitudo ad unitatem: sed processio creature a Deo est processio æquiuoca, cum creatura non conueniant cum Deo in nomine, & ratione. ergo oportet ponere per naturalem rationē præexistere in Deo processionem vniuocam, secundum quam Deus a Deo procedat, qua posita sequitur processio personarum in diuinis.

**¶** Item, dicit quādam gl. super Apoc. quod nulla facta fuit, quā circa personā patris errauerit: sed maximus esset error circa personā patris, si poneretur filium

QVAEST. X. DE MENTE. ART. XIII.

filium non habere. ergo & seita Philosophorum qui naturali cognitione Deum cognouerunt, posuerunt patrem & filium in diuinis.

¶ 5 Præt. Sicut dicit Boet. in Arithmetica sua, omnem inæqualitatem præcedit æqualitas: sed inter creatorem & creaturam est inæqualitas. ergo ante hanc inæqualitatem oportet in Deo æqualitatem ponere: sed non potest ibi esse æqualitas, nisi sit ibi distinctio, quia nihil ibi est æquale sicut nec simile, sicut dicit Hilar. ergo &c.

¶ 6 Itē naturalis rō ad hoc peruenit, quod in Deo est summa iucūditas: sed nullius boni est summa iucūditas sine confortio, vt Boetius dicit. ergo &c.

¶ 7 Præt. Naturali rō in creatorē peruenit ex similitudine creature: sed in creatura inuenitur similitudo creatoris, nō solū quantū ad essentialia attributa, sed et̄ quātum ad propria personarum. ergo &c.

¶ 8 Præt. Philosophi non habuerunt cognitionem de Deo, nisi per naturalem rationem: sed aliqui Philosophi peruenerunt ad cognitionem Trinitatis, vnde in 1. Cœli, & Mundi dicitur per hunc numerum, scilicet ternarium adhibuius, nos metipos magnificare creatorē &c.

¶ 9 Item Aug. narrat 10. de cuit. Dei, quod Porphyrius Philosophus posuit Deum patrē, & filium ab eo genitum, & in lib. Confes. dicit, quod in libris q̄. būdam Platonis inuenit hoc quod scriptum est in principio Euangelij loq. In principio erat verbum, vñque verbum caro factum est exclusive, in quibus verbum manifeste ostenditur distinctione personarum.

¶ 10 Præt. Naturali etiam ratione Philosophi concesserunt, quod Deus potest aliquid dicere: sed ad aliquid dicere in diuinis sequitur verbi emissio, & personarum distinctio. ergo Trinitas personarum naturali ratione cognosci potest.

SED CONTRA est, quod dicitur Hebr. 11. Fides est sperandarum substantia &c. ea vero, quæ naturali ratione cognoscuntur, sunt apparentia: sed Trinitas ad articulos fidei pertinet. ergo &c.

¶ 11 Item Greg. Fides nō habet meritum &c. Sed in fide Trinitatis præcipue meritum cōsiliit. ergo &c.

RESPON. Dicendum, quod Trinitas personarum dupliciter cognoscitur, uno modo quātum ad propria, quibus distinguuntur personæ, & his cognitis vere Trinitas personarum cognoscitur in diuinis: alio modo p̄ essentialia, quæ psonis appropriantur, sicut potentia patri &c. Sed p̄ talia Trinitas perfecte cognosci non potest, quia in Trinitate remota p̄ intellectum ista remanet in diuinis: sed Trinitate supposita h̄mōi attributa p̄ aliquam similitudinē ad propria personarum appropriantur psonis: hac autē psonis appropriata naturali cognitione cognosci potest, propria vero psonarum nequaquam. Cuius ratio est, quia ab agente non potest aliqua actio progredi, ad quam se eius instrumenta extēdere non possunt: sicut ars fabrilis non potest adficere, quia ad hunc effectum non se extēdunt fabrilia instrumenta, prima autem principia demonstrationis, vt Commen. dicit 3. de Anima, sunt in nobis quasi instrumenta intellectus agentis, cuius lumine in nobis vigeret rō naturalis. Vnde ad nullius cognitionem rō nostra naturalis potest pertingere, ad quæ se prima principia non extēdunt: primorum autem principiorum cognitione a sensib⁹ ortum habet, vt patet per Philolophum 2. Postea Ex sensib⁹ aut non potest perueniri ad propria personarum, sicut ex effectibus deuenientur ad causas: quia oī illud, quod in di-

F uinis causalitatē habet, ad essentiam pertinet, cu Deus per essentiam suam sit causa rerum, propria autem personarum sunt relations, quibus persona non ad creaturas, sed ad invenientur unde naturali cognitione in propria personarum deuenire non possumus.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ expofitio illa glōst̄ sumitur secundum appropiatam personis, nō secundum propria.

AD SECVNDVM dicendum, q̄ potentiam intellectuam esse primam potentiarum fatis naturali rōne considerari potest: non autem hanc potentiam intellectuam esse potentiam generatiuā. Cum in Deo sit idem intelligens, & intelligere, & intellegi, ratio naturalis non cogit ponere, qd Deus intelligendo aliquid gignat a se distinctum.

AD TERTIVM dicendum, q̄ omnis multiudo supponit aliquam unitatem, & æquiuocat omni vnuocationem: non tamen omnis æquiuoca generatione p̄ supponit generationem vnuocat, immo econuerso sequendo naturalem rationē causam, æquiuoca sunt per se causa speciei, vnde in totam speciem causalitatem habent: causa vero vnuocat nō sunt causa speciei per se, sed in hoc vel illo: vnde causa vnuocat non habet causalitatem respectu rotius speciei, alias aliquid est causa vnuocat, quod esse non potest, & ideo ratio non sequitur.

AD QVARTVM dicendum, q̄ glōst̄ illa intelligitur de sc̄is hæreticorum, qui ex Ecclesiæ prodicunt, vnde in eis non includuntur sc̄is Genuinum.

AD QVINQVM dicendum, quod non supponit personarum distinctionem est ponere æqualitatem in diuinis, secundum que d. eius bonitatem fuz sapientie æqualem esse dicimus. Vel dicendum, quod in æqualitate duo considerantur, scilicet æqualitatis causa, & æqualitatis supposita. Causa æqualitatis est vnitatis, aliarum vero proportionum aliquis numerus. Vnde hoc modo ex parte ista, æqualitas inæqualitatem præcedit, sicut vrias, numerum. Sed supposita æqualitatis sunt unita: & hec non p̄ supponuntur ad supposita inæqualitatis, salias opereretur ante omnem vnitatem dualitatem præcedere: quia in dualitate primo inuenitur equalitas, inter vnitatem vero, & dualitatem inæqualitas.

AD SIXTVM dicendum, q̄ verbum Boetij est intelligendum de illis, quæ nō habet in se perfectam bonitatem: sed vnu indiget alterius administriculo: vnde in vnuitas non perficit sine cōsortio. Sed ipse Deus habet in se plenitudinē in cōcordia: vnde ad eius in cōcordiam plenam non potest ponere confortum.

AD SEPTIMVM dicendum, quod quāuis in creaturis inueniatur aliqua similitudinē personarum, quantum ad propria: non tamen ex illis similibus potest concludi ita esse in diuinis, quia ea quæ in creatione inueniuntur.

AD OCTAVVM dicendum, q̄ Aristotēlē intellexit p̄ nere trinariū numerū in Deo: sed vult offēdere p̄ fectionē trinariū numerū ex hoc, qd antiqui in faciis, & orationibus numerū trinariū obserbabant.

AD NONVM dicendum, quod verba illa Philosophorum intelliguntur, quantum ad propriam personarum, non quantum ad propria.

Ad x. dicendum, q̄ Philosophi ratione naturali numquam considerarunt cum dicere, secundum quod dicere haberet distinctionem personarum: sed solum secundum quod essentialiter dicitur.

QVAESTIO